# HISTORIA
# REGNI GRAECORVM
# BACTRIANI

IN QVA SIMVL

## GRAECARVM IN INDIA COLONIARVM
## VETVS MEMORIA

EXPLICATVR

*AVCTORE*

THEOPHILO SIGEFRIDO BAYERO

*ACADEMICO PETROPOLITANO ET ANTIQVITATVM P. P.*
*SOCIETATIS REGIAE BEROL. SODALI.*

---

ACCEDIT

CHRISTOPHORI THEODOSII WALTHERI

*MISSIONARII REGII DANICI*

## DOCTRINA TEMPORVM INDICA

CVM

## PARALIPOMENIS

---

*PETROPOLI*

EX TYPOGR. ACAD. SCIENT. cIɔ Iɔcc xxxviii.

ILLVSTRISSIMO

ET

EXCELLENTISSIMO

PRINCIPI

ALEXIO MICHAELIS

FILIO

CZERKASSIO

S. I. M. TOTIVS RVSSIAE

CONSILIARIO STATVS

INTIMO

ORDINVM

S. ANDREAE ET S. ALEXANDRI

EQVITI

&c. &c.

D. D. D.

*AVCTOR*

SOlet hoc inter bellorum incommoda recenſeri, quod artibus nullus honor, ac ne locus quidem ſit vllus, leges autem atque iudicia conticeſcant. Quod, vt ſaepe eum in modum accidiſſe, clariſſimis ex omni memoria exemplis patefactum eſt, ita numine diuino atque beneficio fieri ſenſimus, vt his annis in hoc florentiſſimo imperio contra acciderit. Compoſitae ſunt ab ANNA AVGVSTA res ſociorum ſumma cum fide, celeritate inrecdibili; non tamen ſine armis, quibus

 in

in foederata coniunctiſſimaque Rep. et fatalem calamitatem, quae mentes ciuium bene de patria ſentientium, ſed in hoc ciuili diſſidio, partem conſiliis partem ſtudiis aberrantium, vnam in ſententiam et potiorem coire non ſinebat, depelli, et ceterorum, rectius patriae conſulentium, fidem vero AVGVSTAE implorantium, ſalutem libertatemque defendi oportuit. Vix ad tranquillitatem redierat respublica, vix ciuium fortiſſimorum ad communem patriae cauſſam votis iisdem et ſententiis opibusque tuendam conſociatae erant manus, cum AVGVSTA ad maioris incendii flammam reſtinguendam animum conuertit. Latum eſt ex foedere Imperatori Romano Germanisque auxilium: Rhenum vidit exercitus Ruthenus: alius haud minor, paratus inſtructusque ad fines Germaniae adſtitit. Vt vero ſpes pacis adfulſit ſatisfierique ſociis videbatur, auſpiciis AVGV-

GVSTAE contra vnum atrociſſimum totius Chriſtiani nominis hoſtem exercitus ducti, res geſſerunt omni laude, praedicatione, litteris monumentisque decorandas. Quis interim noſtrum prope ſciuit bellum geri, niſi quoties de victoriis exercituum, ſociorum congratulatione, hoſtium metu, fuga, internecione perferretur? Duo validiſſima caſtella capta ſunt: et alterum quidem defenſum a iuſto lectiſſimoque exercitu intra moenia, a maiori in propinquo, a claſſe ab mari, intra tres dies vi ſumma expugnatum, hoſtium in eo ad viginti millia deleta. Munimentum, quod Cherrhoneſum Tauricam ab omni impreſſione tutam praeſtare videbatur, foſſa latiſſima profundiſſimaque, vallo, arcibus crebris, praeſidiis Turcicis, totiusque populi Tatarici innumerabili multitudine inexpugnabile, legiones Ruſſicae non occupaſſe, ſed transuolaſſe hoſtibus

ſunt:

ſunt viſae. Hoc aditu recluſo tot tantaeque barbarorum inter quotidiana certamina clades conſecutae ſunt, tot non dicam vrbes, ſed regiones copioſisſimae ad exitium atque vaſtitatem redactae, regia ipſa, propulſatis defenſoribus, eorum in conſpectu a fundamentis diſiecta. Quid nuper in Cherrhoneſo patratum ab ea parte commemorem, quam ſuperiori anno noſtri intactam reliquerant, exercitu per ipſum mare ducto, vrbe populoſisſima et locuplete capta atque incenſa, agro longe lateque deuaſtato, hoſtibus ad deſperationem compulſis. Neque claſſes maximae et breui tempore inſtructiſſimae otioſae fuerunt, quippe quae non tantum in palude Maeotica hoſtilem claſſem profligauerint, ſed iam ipſo in Ponto nauigent, vbi naui hoſtili intercepta, maior eodem in mari fortuna videtur eſſe deſponſa. Sed poſtquam exercitus Ruſſici in hiberna ducti fuerunt,

no-

noua gloriae materia ſubminiſtrata eſt. Quantus dolor metusque hoſtibus incuſſus fuerit Ozacouio expugnato, ex eo quoque intelligi poteſt, quod ex ſeueriſſimo edicto tam numeroſus exercitus et lectisſimus vero per loca et natura et vaſtationibus ſqualida, importuniſſima tempeſtate, ad recuperandum caſtellum confluxit. Sciebant Turcae Ruſſicos milites longe ab his regionibus hiberna tenere: caſtellum, a parua manu, ſi, quae in eo antea militum multitudo fuerat, cogitarent, defendi: igitur intra dies quatuordecim, omni arte militari, vi et ferocia, crebris inſultibus noſtros oppugnarunt. A munimentis ſaepe quidem maxima cum clade depulſi ſunt, tanta vero denique cum pernicie reiecti, vt innumeris ſuorum deſideratis, vexillis ad triginta et amplius amiſſis, incenſis caſtris, magna rerum omnium copia derelicta, intempeſta

)( nocte

nocte, ad quatuordecim ſtadia trepidi ſugerint. Hic fuit victoriarum ANNAE AVGVSTAE PIAE FELICIS quidam quaſi curſus, vt immortalis DEI prouidentiam DEO DILECTAE praeſentem omnibus in rebus eſſe vniuerſi ſentiamus. Magnae res: ſed in quibus illius animus minime conquieuit. Populum ſuum fouendum ornandumque ſuſcepit: in qua cura primum hoc quidem, tempeſtates diſpellere, hoſtes a finibus arcere, pacem firmam, honeſtam diuturnamque vel vi vel conſilio parare: at id ipſum, quamobrem omnis illa cura ſuſcipitur, cum multo etiam magis ſit expetendum, quis maiori quoque gloria dignum non cenſeat eſſe, cum AVGVSTA, tametſi iſta agit, ſimul tamen ſalutem populi cum tuendam tum exornandam, omni contentione animi, tamquam nullo occupata bello, complexa eſt. Quam multa interim clementer, manſuete, iuſte, moderate ſapienterque facta recordamur!

quan-

quantam iudiciorum grauitatem! quam curam legum! quam aduerſus cunctos aequitatem! Quid eorum omnium media in pace fieri videtur potuiſſe amplius? Iam et litterarum non modo non imminutus, ſed auctus fuit honor. Datum hoc fuit laudi Fuluio, qui Aetolos debellauit, quod Martis manubias Muſis conſecraſſet. Et ille quidem quas cepiſſet ab hoſte: AVGVSTA, dum hoſtes perſequitur, manubias militi relinquit, Muſis ex aerario largitur ſuo: non ea vero tantum, quae lege ſtatuit: nam nunc maxime iterum ad viginti millia dono dedit. Sed de incremento litterarum, quae maior vmquam cura fuit, quam nunc eſt? His tantis in rebus, tam variis, AVGVSTA vt fortisſimis belli ducibus, ita miniſtris vtitur ad ſeruandum populum ſapientiſſimis. Hac in ſtatione Te pro optimo publico maxima cum laude excubantem cernimus, Illuſtriſſime Princeps. Sunt in domo tua vetera

maiorum tuorum decora, toga ſagoque parta: ſed nouum iisdem tuarum virtutum excellentia ſplendorem quotidie adfundit. Auus tuus, Iacobus Princeps, Cudeneti filius, auſpiciis ALEXII Imperatoris tantas bello Polonico res perpetrauit, tot victoriis, tot vrbibus, caſtellis, regionibus captis, tantam ſibi peperit gloriam, vt ea quidem pulcerrima virtutis merces fuerit, quod ſub oculis Imperatoris ſui iſta geſſit: altera autem, quae ex eo eſt conſecuta, non minus fuerit exoptanda, perpetua in eum Auguſti gratia. Inter tot tantosque belli duces, quorum iſthuc feraciſſimum erat tempus, is tamen fuit vnus, cui ALEXIVS ſummam rei militaris commendatam eſſe vellet. Eo defuncto, Michaelem patrem tuum adhuc adoleſcentem inter cubicularios allegit ALEXIVS, IOANNES vero AVGVSTVS, cognita perſpectaque illius iuſtitia, integritate, abſtinentia, iudiciis praefectum ſummo

mo in tribunali collocauit. Hic tam teſtata atque illuſtris eius fuit innocentia et pietas, vt PETRVS AVGVSTVS neminem digniorem iudicaret, cui gubernandam traderet Siberiam. Dedit idem in hoc dignitatis gradu in primis ſingulare fidei continentiaeque documentum, cum prouentus regios ſic ordinauit, vt aerarium, quod ante eum fecerat nemo, impenſe ditaret. Quamobrem cum de prouincia ſic deceſsiſſet, vt magnam apud AVGVSTVM iniſſet gratiam, poſt autem ita contingeret, vt omnia in ea ruerent in deterius, PETRVS MAGNVS tantus ingeniorum, virtutis, fidei, tam acris iudex, te potiſſimum delegit, qui parentis et meritorum et animi haeres cum eſſes, prouinciam afflictiſſimam priſtinum in ſtatum reſtitueres. Quam breui tempore tantam rem, tam impeditam atque perditam, quam ſapienter confeciſti! Quantum tibi haec ipſa Petropolis debet, qui in erigenda

)( 3 ea

ea fundandaque, quod erat difficillimum, primus curam, conſilium operamque poſuiſti? Fuerunt deinde ea tempora, cum Senatorio in Ordine multa praeclare egiſti: vix aute in ANNA AVGVSTA imperium adierat, cum tua prudentia et optimi publici, qui in Te fuit, ſummus amor ſic eluxit, vt ab AVGVSTA inter conſiliarios adſcriptus, ab eo tempore eſſes inter praecipuos. Acceſſit ad maximam dignitatem aliud haud minus ornamentum, quod inter Equites S. Andreae allectus es, quamuis nondum illum ordinem eſſes conſecutus, ex quo ad hunc ampliſſimum gradum ſplendoris perueniri ſolet. Verum et hic deinde honori tuo eſt adiectus et non modo ANNA AVGVSTA Te quam ornatiſſimum eſſe voluit, ſed CAROLVS Imperator Romanus quoque, cum ad Te illam vultus ſui imaginem auro gemmisque fulgentem miſit. Quamquam igitur tuae laudes ex

tuis

tuis virtutibus ſunt ſolidae, attamen tanto maiori in lumine verſantur, quanto illuſtrius et glorioſius de Te et PETRI MAGNI et ANNAE AVGVSTAE fuit iudicium, ex quo intelligi ea quoque merita poſſunt, quae in priuatorum hominum conſcientiam non penetrant. Haec cauſſa eſt, quamobrem Tibi hoc opuſculum dedicandum cenſuit Academia. Sed ſi ſtudia tua videamus, quae ad relaxationem animi, quantulamcumque Tibi perpetuae occupationes tuae permittunt, vel in mechanicis exercitationibus, vel in numophylacii tui contemplatione, vel in libris conſumis, cum earum litterarum amore ab ineunte aetate imbutus, Academiae cupide ſapienterque conſulis, haec enimuero cuncta propius nos attingunt. Quae cum ita ſint, Academia, Illuſtriſſime Princeps, ſummae ſibi laudi ducit, quod tanti viri patrocinio dignata, eos ex tua admirabili

bene-

beneuolentia fructus capit, qui in bonum publicum redundent, propterea autem, me interprete, immortales Tibi gratias agit. Denique a Te petimus, vt apud ANNAM AVGVSTAM noſtras res perpetuo quam commendatiſſimas eſſe velis. Petropoli VIII. Kal. Ian. cIɔ Iccc XXXVIII.

PRAE-

# PRAEFATIO

*Anni ſunt viginti et amplius, cum de veterum eccleſiarum ſub extremo oriente hiſtoria cogitare coepi. Comprehendebam illo meo ſtudio regiones ſupra Indiam ipſasque Sinas, in quibus ſubinde magis magisque ſenſi, quot eccleſiae, quam florentes exſtiterint. Sed interceſſerunt aliae atque aliae occupationes, per quas mihi huicce vni rei vacare minime licuit. Interea tamen ſaepenumero quandam temporis opportunitatem nactus ſum, quam iſti argumento impenderem. Res haec iam inde a principio mihi viſa fuit perdifficilis, in progreſſu vero longe impeditiſſima, quod tenuem ſane memoriam, non obſcuram tamen, neque contemnendam infinita circumſtarent, tum incerta ad hunc diem, tum prorſus caliginoſa, quae me vel in priſca regionum notitia, vel in ciuilibus populorum caſibus conuerſionibusque remorarentur. His autem neglectis, quemadmodum id, quod animo deſtinaueram, aliquo probabili cum fructu perficerem, non inueniebam. Quid enim, vt id dicam ſolum, noſtra referat, ſi, quibus in locis eccleſiae fuerint, enumerarem, eadem vero loca, quae eſſent, lectoribus relinquerem ad diuinandum? Citius totum hoc dimittendum iudicaui, quam aliorum patientia vt abuterer. Itaque dedi operam, quaecumque illo in ſtadio impedire curſum meum poſſent, ea vt de medio remouerem. Multa ibi ab diligenti obſeruatione in mentem venerunt, per ſe quidem ad ciuiles populorum res illuſtrandas apta, tum vero his quoque eccleſiaſticis lucem foenerantia. Ea autem viſa denique*

*ſunt ita accreſcere in cumulum, vt illa in copia inſtruenda cogerer eſſe diſſipatus: nam iſta eccleſiaſtica tali in turba vix apparebant. Quid facerem? Cepi conſilium ex re atque neceſſitate, vt, quemadmodum nauiculatores, cum nauem nimis depreſſam in breuia et ſyrtes impacturam metuant, ſic mea ex naui iactum facerem mercium. Conſequetur alius atque alius, ſi ita vobis videbitur. Nam veſtri eſt iudicii, lectores, num mea tali opera, vt haec eſt, quam ſuſcepi, Aſiaticae res celebriores euadant. De regno Graecorum Bactriano ediſſero: de Indico interſerui, quod minus etiam eſt notum: praeterea de Graecis inter hos populos colonis et hoſpitibus ſedulo diſquiſiui. Sed de Graecis artibus, quemadmodum cum oriente communicatae fuerint, ex coniectura egi. Quo in loco veniam mihi dari cupio, ſi minutis ſuſpicionibus plus fuerim obſecutus, quam vobis videbitur aequum eſſe. Odioſum hoc eſt ſaepe, ſuſpicari: attamen, vt mea opinio fert, in tempore et loco neceſſarium atque vtile. Vt enim in obſcuriſſimis quaeſtionibus primum hoc eſt, ſuſpicari, ita, ſi nihil proficiamus amplius, exſtare et cognoſci ſuſpiciones noſtras conuenit, quibus fortaſſis alii occaſio praebeatur, aut hoc ipſum, aut nouum et diuerſum iter ſibi muniendi, quo proxime ad veritatem perueniatur. Quae mihi ab amicis iam ſunt obiecta, ea minime diſſimulaui: non tam, vt refellerem, quam, vt ſimplicis veritatis amicus, ea quoque ad diiudicandum vobis proponerem, ne quem meae circumuenirent opiniones. Credidi autem dignam eſſe eruditorum hominum ſtudio operam, cum ſatis appareat, artes et diſciplinas in humano genere pe-*

*regri-*

*regrinatas et aliis atque aliis in populis vel diuerſatas fuiſſe, vel domicilium collocaſſe, earum ſi nos quaſi itinera inueſtigemus. Non ſemper eaedem gentes fuerunt vel ſapientes, vel barbarae: fuit huiuſce et dedecoris et laudis quaedam in genere humano viciſſitudo. Neque vna aliqua gens per ſe vidit omnia et reperit: neque quae aliquid inuenit, eadem ſemper perfecit aut conſtanter retinuit. Ne in Graecis quidem haec ſtatuo: quamquam, ſi ea gens non plurima vel prima vidit, vel expoliuit, tamen nulla eſt alia, in qua illuſtriora ad fidem exſtent monumenta, quantum fuerit eniſa. Graecorum teſtimonio gentes praeterea recolimus ſapientes, Chaldaeos, Aegyptios, Indos: aſt eorum numquam mihi ſeſe probauit oratio, qui omnia praeclare inuenta ad eos referrent auctores et neſcio quid immenſae ſcientiae et omni quidem aeuo in iis fuiſſe praedicarent. Si huius tantae exiſtimationis cauſſam requiratis, faſtidium eſt rerum notarum: ita fit, vt, quae non ſatis ſint cognita, ea vbi in mentem venerit aliquo in loco eſſe habenda, tanto cupidius efferamus, quo minus cognoſcuntur. Itaque Graecos ab iisdem nonnulla accepiſſe, vltro et lubenter quidem concedo: modo item alii eosdem populos a Graecis quaedam cum vt noua et inchoata, tum prope conſummata accepiſſe conſentiant. Sed numquam celerius priſcae aliqua in gente diſciplinae vel exſtinctae ſunt, vel obſcuratae, vel auctae quoque aut cum aliis commutatae, quam per ciuilium rerum conuerſiones, quae et multis modis et in bellis contigerunt maximae. Attamen diuerſarum gentium inter ſe commercia et conſuetudines hic etiam multum potuerunt.*

*runt. Eorum omnium conſideratio fecit, vt iſtae ſuſpiciones meae mihi non ineptae fuerint viſae. Nihilo tamen plus iis tribui velim ab aliis, quam a me tributum ſentiunt. Hoc ſaltem mecum recordemini, quantum in oriente potuerint Graeci. Graecos reges in Bactriis fuiſſe annos centum et amplius: Graecos reges in India etiam poſtea fuiſſe, et florentes tam opibus quam artium ſtudio: ante eos vero reges, Graecos Seleucidarum regum praefectos annis ſexaginta iisdem in regionibus exſtitiſſe: populos denique barbaros longo poſt tempore Graeci ſermonis vſu fuiſſe delectatos. Habetis orientem apertum tot Graecis in Meſopotamia et Syria coloniis, et, vt tum quoque Graecorum ingenia fuerunt, mercaturae appetentiſſimis. Inde Antiochiae ad Daphnen opes et regum Syriae, Romanorum non tantum bello, ſed corruptela celebratae diuitiae. In Graecorum apud Bactrios regum chronologia, ab annis epochae Iulianae abſtinui, quod illi ante C. N. Dionyſiani et ſufficerent hic ad ceteras epochas ordinandas et memoriae cumprimis inſeruirent. Alias ob cauſſas Iuliana epocha opus non fuit, vt in rebus Oſrhoënis fore arbitratus ſum. Interruptam rerum ſeriem et ſolitudinem paſſim interiectam cernitis. Moleſte tuli: opis humanae praeterea nihil vidi: πειθανάγκην eam quidem eſſe ſenſi, vt ſic ſcriberem. Igitur ea quidem cauſſa nemo ſuccenſebit mihi. Enimuero ita aequos ſcriptorum meorum cenſores, ad hunc diem nactus ſum, vt hac excuſatione potuiſſem ſuperſedere, cum et illi ipſi, qui iure ſuo agerent et quam exquiſitiſſime expenderent omnia, qui teſtes*

*a me*

*a me productos, tamquam in iudicio incorruptae fidei explorarent, meis tamen ſtudiis ſumma cum beneuolentia fauerint. Vt is doctiſſimus vir, qui nuper* (*) *hiſtoriam Oſrhoenam nitidiſſima accuratione ſic recenſuit, vt errores quoque retegeret. Hoc vero nihil aliud fuit, quam noſtra ſtudia monendo communicandoque adiuuare, quae res explicare verbis non poſſum quantum me delectauerit. Satisfaciam ei alias, cum retractationes aliquot locorum eius hiſtoriae edam. Nam et nuperrime cum nummum Amidenum, qui adhuc tantummodo apud Pariſinos in gaza Regia exſtitit, multis Antiquariorum iactatum diſceptationibus, ex muſeo Imperatorio apud Academiam producerem, quaedam inſignia, quae tum emendarem in Oſrhoenae hiſtoria, tum reficerem, inueni. Conſtitueram huic Bactrianae hiſtoriae adiungere commentationes de Seribus et Sacis: tum alias de priſcis Sinis. Et illa quidem de Seribus et Sacis ſic pertractaueram, vt in his Bactrianis multa copioſius illuſtrari viderentur. Has vero commentationes caſus quidam intercepit. Periere, vt vno dicam verbo: iacturam moderate fero: dabitur opera, vt reparetur, tametſi hoc ſine moleſtia fieri nequit. Ea quoque de cauſſa geographicam tabulam, quam confecto opere fueram concinnaturus, omitti hic oportuit, quod ſine illis commentationibus confici non poſſet. Adiunxi huic opuſculo Chriſtophori Theodoſii Waltheri doctrinam temporum Indicam. Nam cum mihi a multis annis cum religioſiſſimis viris, qui Trangambariae et Madraſtae Indos ad ciuitatem Dei aggregant, amicitia intercedat*



(*) *Bibliotheque raiſonnée t. XV. part I. p. 92. ſeq.*

*et litterarum frequens vſus, multa in me exſtiterunt fidei eorum beneuolentiaeque teſtimonia. Itaque hunc ornatiſſimum virum et humaniſſimum oraui, vt, quod per occupationes grauiores ſanctioresque liceret, obſeruata a ſe dudum, vt mente eſt acri et ſagaciſſima, ad hoc argumentum conferret atque digereret. Iſtam induſtriam et ſuis fore perutilem, qui habituri ea eſſent expedita, quae non niſi multa diligentia, nec a quouis tamen exquiri poſſint, et doctis hominibus periucundum. Confectum ab eo negotium eſt citius, quam exſpectaueram. Deinde et ipſe et ceteri integerrimi viri, in primis Antonius Sartorius in epiſtolis ad me multa praeterea monuerunt, quae non potui negligere. Ita nata mihi ſunt ad eam doctrinam Paralipomena. Non eſt neceſſe, vt haec intelligentibus commendem. Ioſephus Scaliger primus ſenſit, quantum haec recondita populorum doctrina explicari mereatur, vt ne a minimis quidem fragmentis abſtinuerit ille incomparabilis ſenex: nos interiora, et plena quae manu praebeantur, non faciemus maximi? At oſtendit iam aliqua ex parte Leonardus Eulerus inſignis Mathematicus et collegii neceſſitudine mihi deuinctiſſimus, quam grata haec omnibus eſſe debeant. Quare ob operam ſedulo pro publica vtilitate nauatam et auctori et ſociis eius et ſanctiori eorum muneri, bene precemur.*

SVM-

# SVMMA CAPITVM
## HISTORIAE BACTRIANAE.

I. DIonyſi res cum Bactriis: quae Indi de Baccho tradant et quid in his vero ſit ſimile. II. Quae alia incerta de priſcis Bactriis ferantur. III. Bactra vnde dicta? Fines ad meridiem Paroniſus mons: quomodo Graecis dictus? Caucaſus Macedonibus cur dictus? Merus, Imaus, Emodus montes qui? et quomodo Indis vocati? vbi ſiti? etymologia Indica Paroniſi: vbi ſitus? IV. Septemtrionales Bactrianae limites: Oxus vnde dictus? Ab occidente Margiana et Choraſana: qui Margus fluuius? V. Limites Sogdianae: Iaxartes fluuius vnde dictus? Silin Plinii et Sogdiana: Choraſmii vicini ab occidente. VI. Vrbes Bactrianae et Sogdianae permiſtae a ſcriptoribus. Maracanda quae? Bactra ſunt Balch. VII. Zariaſpe quae? VIII. Ceterae in Ptolemaeo vrbes exquiruntur. IX. Qui factum, vt Sogdiana cum Bactriana confunderetur: populorum eorum ortus, mores et ſtudia. X. Res Bactriorum et praefecti ſub Perſiae regibus. XI. Res eorundem ſub Alexandri M. expeditione XII De Pori et Taxilis regionibus: Indus fluuius ad quem Alexander res geſſit: rectius Sindus. XIII. Tumultus in Bactriana repreſſus. XIV. Alexandro mortuo qui ſtatus Bactrianae? XV. Sandracota in India rex: vnde dictus ortusque? res eius geſtae: Palibothra quae vrbs: vnde dicta? Seleucus Nicator Bactrios in poteſtatem redigit: res eius cum Sandracota. XVI. Chronologica tabula regum Graecorum in Bactriis ad illuſtranda cetera praemittitur. XVII. THEODOTVS primus rex: nomen et genus eius: primum fuiſſe regem, contra Vaillantium ſtatuitur et Strabonis locus illuſtratur: Theodoti potentia. XVIII. Parthicum regnum poſt Bactrianum coepit: de principiis motuum contra Seleucidas varia elucidantur. XIX. A. ante C. N. 250. Arſaces Parthus res mouere coepit. XX. Altera epocha regni Parthici ante C. N. 247 refertur: coniectura de cauſſa huius epochae et de interitu Antiochi Thei. XXI. Epocha Bactriana ex ſuperioribus aliisque argumentis conſtituitur: forma annorum Bactrianorum. XXII. Theodotus res regni ſui ordinat: moritur. XXIII. THEODOTVS Theodoti filius rex: aliquanto ante victum a Parthis Seleucum Callinicum regnare coepit: quando Seleucus victus? epocha tertia Parthica ad A. ante C. N. 241. ex coniectura refertur. XXIV. Confirmatur hoc grauioribus argumentis: a quo menſe prima et tertia epocha exorſa videatur. XXV. Haec amplius confirmantur ex Attali Pergameni rebus. XXVI. Parthi Hyrcaniam A. ante C. N. 244 occuparunt: ex his omnibus, tempus, quo Theodotus patri ſucceſſerit, ſtatuitur. XXVII. EVTHYDEMVS vt regnum adierit? XXVIII. Quando regnare coeperit. XXIX. Bellum cum Antiocho M. quando et quomodo geſſerit: quae Taguria Polybii? Dachanabades regio quae? XXX. Quando et quomodo huic bello finis impoſitus fuerit? An-

tio-

tiochi M. res in India XXXI. Confirmatur tempus belli compoſiti Euthydemi bellum Nomadicum et Indicum. XXXII. MENANDER rex: Vaillantii errores excuſantur: Strabo notatur: Menandrum Bactriorum fuiſſe regem. XXXIII. Menander idem Indiae rex fuit: de Indico Graecorum regno: de Apollodoto rege: de Siriptolemaeo rege: quam late regnarint: Menander rex Indiae quemadmodum ad Bactrianum regnum peruenerit: auget regnum: Seres debellati: Demetrius Euthydemi filius partem Indiarum occupauit: quando Menander Bactrianum regnum videatur occupaſſe? XXXIV. EVCRATIDES rex eodem fere tempore, quo Arſaces VI in Parthis, ad regnum peruenit: de Arſacis huius temporibus exquiritur: inde de initio regni Eucratidis coniectura. XXXV. Quomodo ad regnum Bactrianum peruenerit: quae bella geſſerit. XXXVI. Bellum Indicum cum Demetrio: ſocietas cum Parthis ad opprimendum Demetrium et tempora illarum rerum. XXXVII. Etiam de hoc Demetrio rege. XXXIX. EVCRATIDES Eucratidis filius, rex: ſtudet rebus Demetrii Nicatoris regis Syriae contra Parthos: inde concluditur de initio regni huius Eucratidis. XL. Parthus adoritur Eucratiden aliarum gentium bellis defatigatum: eum opprimit. XLI. Quae deinde Bactriorum conditio fuerit. XLII. Numus Eucratidis prioris: eius aduerſa explicatur. XLIII. De titulo Μεγάλου Βασιλέως. XLIV. De argento huius numi: de aliis numis horum regum. XLV. Cur numus Graece inſcriptus: de multitudine Graecorum in orientalibus regionibus et eorum linguae exiſtimatione. XLVI. In Indicis linguis Graecae inſtitutionis veſtigia: vt in numeris Indicis. XLVII. An numerorum Indicorum nomina a Romanis? an a Perſis? immo et Perſica et Indica a Graecis: an potius ex communi linguarum ſtirpe? XLVIII. Indorum Sapientia nimis laudata: Indi numerorum nomina a Graecis ſimul cum arithmetica acceperunt: arithmetica Graeca cum Indica comparatur: ratio alia, cur Indi a Graecis potius accepiſſe videantur arithmeticam, quam a ſuorum philoſophorum quodam excogitatam: de Brahmanis Indorum et Gymnoſophiſtis. XLIX. Algorithmi auctores Indi non fuerunt: quando Arabes ab Indis figuras numerorum, ſeu Ziphras receperint? Indi tamen naturam et aptitudinem earum ad logiſticam non ſenſerunt: Indi figuras illas a Seribus, Seres a Sinis accepere: variae indidem ductae numerorum formae: de origine Ziphrae, nullitatis ſigno. L. Indorum muſica a Graecis quoque videtur recepta: doctrina temporum Metonica apud Bactrios, aliosque populos et Indos et Sinos: dies item hebdomadis Indorum a Graecis. LI. Primi cycli Metonici auctores Graeci non potuere formam eam ab Indis recipere: contra Indi potuere a Graecis: ab Indis Sini: confirmatur haec opinio noſtra Miſſionariorum Sinicorum iudicio.

# HISTORIA
# REGNI GRAECORVM
# BACTRIANI

IN vetuſta memoria multa ad Bactriani populi celebritatem exſtant: ad perpetuam rerum geſtarum memoriam perpauca. Virtus gentis apud Graecos ita celebrata fuit, vt in fabulis quoque poetae Dionyſo ex Bactriis debellatis gloriam quaererent. Primus illorum in numero, quod ſciam, Euripides fuit, cum Bacchas ſuas in ſcena produceret. Polyaenus (1) vero auctores habuit locupletiores, qui, vero an falſo obſcurum, Dionyſum, Indis deuictis, in Bactrios mouiſſe proderent: Bactrios, vt hoſtem aditu arcerent, montes ſupra Sarancen, fluuium eius regionis extremum, ſitos occupaſſe: illum vero Bacchas et Amazonas primo in agmine inſtructas tranſire vadum fluminis iuſſiſſe, vt Bactrios mulierum ſpectaculo a ſcrupeis locis eliceret, ipſum cum omni ſatellitio in effuſos vertiſſe arma et victorem diſceſſiſſe. Megaſthenes (2) paucique alii res a Baccho in India geſtas crediderunt. At



(1) In Stratagematis l. 1. c. 1. (2) Apud Strabonem p. 472.

Dionyſiacorum eleganti architecto Nonnò Panopolitano haec Bactrianae ſcenae fabula non placuit: ignotam ei fuiſſe non opinor. Ego, vt huiuſce famam belli non defendo, ita in Dionyſi rebus aliquid veritatis verſari ſentio. Philoſtratus, quamquam, praeſertim vbi Indica tractat, admodum infans et vanus auctor, (3) tres ſententias de Dionyſo protulit, vehementer diſcrepantes. Graecorum eſt, Thebis in Boeotia ab Ioue ex Semele genitum, in femore patris ad maturitatem partus vsque geſtatum, quod mater caeleſti fulmine conflagraſſet, inde iam multis maximisque facinoribus editis Indiam petiiſſe. Contra Indi ad Paroniſum montem et Cophenen fluuium, quibus Graecos fuiſſe permiſtos in progreſſu operis declarabo, quos ego potius opinionis illius auctores fuiſſe cenſeo, Aſſyrium ediderunt Bacchum. Denique Indi ad Indum fluuium et Hydraotam ipſumque Gangem, Dionyſum Indi fluminis filium, in Mero monte prope Nyſam natum ſtatuerunt. Sed Graeci, quidquid veri in fabula fuit, perplexe interpretando deleuerunt: manet tamen Meri montis memoria, ἐν τῷ τȣ̃ Διὸς μηρῷ et Nyſao in Bacchicis ſacris ipſoque Dionyſi nomine. Egregie, vt pleraque omnia doctus Ariſtophanis interpres ad Ranas: (4) Νύσιος δ' ὁ Διόνυσος τοῖς Ἰνδοῖς ὀνομάζεται ἀπὸ τῆς ἐν Ἰνδοῖς Νύσης. *Dionyſus Indis Nyſius dicitur a Nyſa Indorum vrbe.* Nyſam, cum Graeci alii fabularum pertaeſi in Aſſyria reperirent vrbem, inde ſuum Nyſaeum Aſſyrium fecerunt. Multa autem alia nobis perſuadent, Dionyſum fuiſſe ex India. Indi Tamuli narrant, (5) *Maid-*

(3) p. 57. (4) A. 1. ſc. V. p. 222. (5) Ex epiſtolis Reuerend. Miſſionariorum Trangambarienſium ad me ſcriptis. Confer Solinum c. 52.

*Maidbâſuren* fuiſſe aliquem, dictum a *Maidbam* et *âſuren*, quaſi *taurum gigantem* (gigantes autem fingunt heroas ſuos fuiſſe) in *Niſadaburam* vrbe, haud longe a *Meru* monte natum, qui taurina cornua geſtarit, carnibusque paſtus cum aliarum animantium, tum vaccarum (quod in Indis ſummum ſcelus) et vino ad ebrietatem repleri ſolitus, diis bellum intulerit. Ceterum in comitatu habuiſſe octo *Pudam* ſeu giganteos et malitioſos daemonas, ex familia Indica paſtorum, quos *Kobaler*, αὐτὸ τῦτο, *paſtores* vocant, curru vectum ab octonis leonibus, aut leopardis, aut tigridibus, aut elephantis. Habetis Nyſam, (6) vbi natum ferunt Bacchum etiam Graecorum aliqui: habetis *Merum* montem, vnde Iouis μηρὸς Luciani exagitatus iocis: habetis κοβάλυς Bacchi, et cornua et currum, et quidquid ad fabulam veteris Graeciae deſideretis. Nam de Amazonibus ſeu bellicoſis viraginibus ad Gangem, Indi nunc quoque multa praedicant. Ille autem thyrſorum tympanorumque apparatus Indicus eſt. Indi boreales *par tympanorum* ढुमामे Dumame ſeu *Dmam* appellant, vnde Graecorum τύμπανον, vt mihi quidem videtur. Heſychius: Σάμμα ὄεγανον μυστικὸν παρ' Ἰνδοῖς. (7) Primam litteram, quam noſtrum aliquis accurate pronunciare non poteſt, mirum mihi non eſt, quod ita protulerit Heſychius. Conchis maioribus Indi etiam nunc vtuntur in ſacris, tamquam tubis. शंख *zank* tali conchae nomen eſt, Tamulis



(6) Confer Strabonem p. 473. (7) Conf. Suidas in τύμπανα.

[illegible] *Sangu*, vnde κόγχη. Phialarum quoque in orgyis Bacchi vſus fuit: eſt autem etiam haec vox Indica, པེ་ཡ་ལ *piala*, *cyathus*, quales ſunt Sinorum cum maiores, tum minores. Pompa omnis cum tympanis et εὐανθοῦς στολῆς (8) amictu et Indica eſt, et Bacchi. Quae cum ita ſint, nam multa alia praetereo, Dionyſum vetuſtiſſimorum temporum bellicoſum regem merito ſibi vindicare videntur Indi. Nihil autem abſurdi eſt, cum quis eundem in vicina Bactriana bellum geſſiſſe dicat. *Meru* mons in *Puwana-ſaccaram* (9) fabuloſiſſime deſcribitur. Hoc vnum commode nobis cadit, vt poſtea enucleatius tradam, quod ex eo libro ſitum montis cognouimus. Nam *Imeia*, Graecorum *Imaus*, eo in libro fontes Gangis continere dicitur. *Meru* vero huic Imeiae ponitur ab occidente. Ex quo apparet, Merum fere medio inter fontes Indi atque Gangis ſpatio ſitum, vbi *Niſada-buram*, ſeu *Nyſa vrbs*. Nam *buram* eſt ſuperiorum Indorum པེུར *pur* multis in nominibus Indicarum vrbium, atque opus, aedificationem, ſtructuram ſignificat, vt ཕཏེ་པེུར *Fatepur*, *opus cuiusdam Phate*, vrbs ab eo condita. Naſſireddino Ettuſaeo et Vlugbego نيسابور *Niſabur* in Choraſana: ex quo Chryſococcae Νισαμπουρ, non *Niſambour*, vt Iſmael Bulialdus et Ioannes Hudſon edidere, ſed more eius ſcribendi

(8) Strabo p. 473. (9) Quem librum geographicum Tamulorum in foliis palmae Indicae cum parte interpretationis, beneficio Rev. Miſſionariorum Trangambarienſium poſſideo.

di Perſica , Νισα-μπυρ , *Niſapur* , de quo more alibi diximus. Igitur Graeci veteres terminatione *pur* omiſſa , *Nyſam* recte dixerunt. Iam cum ab Mero interiori Bactrios petiturus eſſet Dionyſus , petendus erat Indus fluuius , deinde Paronyſus mons traiiciendus. In via erat Saranges fluuius. Arrianus in Indicis : (10) τῷ δ'Ινδῷ ἐς ταυτὸν ἔρχεται Υδραώτης, παραλειφὼς τόν τε Υφασιν καὶ τὸν Σαράγγην, *Hydraotes* **Indo** *miſcetur, poſtquam Hypbaſin accepit et Sarangen.* Si Polyaenus ex genuinis auctoribus hanc Dionyſi expeditionem retulit , ſimul apparet , Bactrios olim Paroniſum quoque et vicina Indi fontibus tenuiſſe. Ceterum Bacchus ex illa gente fuit , quam vetus fama virtutis inſigniuit. Nam Herodotus (1) Ινδοὶ οἱ Βακτρίοισι παραπλησίον ἔχουσι δίαιταν, μαχιμώτατόι εἰσιν Ινδῶν, *Indi, qui Bactriis vicini , ſunt bellicoſiſſimi.*

II. Diodorus Siculus (2) Oſymanduae Aegyptii expeditionem Bactrianam commemorat. Enimvero res plena eſt nebulis , quam tractare non audeo. Quid de Nino rege dicemus , quem ille Siculus (3) tradit , aduerſus Oxyartem regem Bactriorum duxiſſe ? Aequior animo iſta cognoſcerem, niſi de Menone et Semiramidis Ninique amoribus admiſtum eſſet. Sunt tamen, qui vt ſeria in re Oxyarten interpretantur Zoroaſtrem. Nam hunc quoque exſtant , qui Bactriorum regem nomine citarint. Sed de Zoroaſtre rege fruſtra quaeri arbitror, rei veritate ſic obſcurata , vt nomen longe eſt clariſſimum Zoroaſtres. Philoſophum Bactrium Darii Hyſta-



(10) p. 317. ed. Gron. (1) p. 128. ed. Stephani. (2) l. 1. c. 5. confer Strabonem p. 561. (3) l. 11. p. 74. etc. et p. 79

ſtaspis temporibus fuiſſe, ſcriptores orientales memoriae mandarunt, quos Thomas Hyde in hiſtoria religionis veterum Perſarum diligentiſſime conquiſiuit. His autem ſcriptoribus neque quemadmodum refragari hoc in loco, neque vti fidem addicere meam poſſim, reperio. Nam iſti quidem quae neque ſunt, neque fuerunt vmquam, tamen ſciunt: ita fit, vt eorum leuitas infinitis in rebus teſtata, vbique Epicharmi cantilenae nos admoneat. Diodorus iterum nobis aurem vellicat, vbi res Semiramidis deſcribit, vbi deinde Arbacis Medi a Sardanapalo defectionem Bactriorum viribus ſuffultam fuisſe refert. Ego autem ad haſce res et ad Cteſiae Cnidii priſca illa penitus obdurui. Sub Perſis denique rerum dominis, de Bactriano populo aliqua cum adſenſu proferre poſſumus: plura ſub Macedonibus, quamuis ne iſta quidem difficultatibus deſtituantur.

III. Sed nos initio, de regionis ſitu et de populo dicemus, deinde perſequemur cetera. Plerique veterum Bactriam dici prodiderunt a Bactris vrbe, in quibus Ammianus Marcellinus fuit: (4) vrbem vero a Bactro fluuio, qui moenia ſtringat: ſic Ariſtoteles, (5) Lucanus, Q. Curtius, Iſidorus Hiſpalenſis. At nihil poteſt eſſe veroſimilius, quam Graecos nomen a Perſis accepiſſe, quibus باختر *Bachter*, *oriens* vocabatur, vnde Trogus Pompeius Bactrum *orientis fluuium* merito dixit. Ita ante nos Thomam Hyden, neſcio quo in loco ſenſiſſe, memoria teneo. Nimirum extremam ſub oriente regni ſui prouinciam ſic commode appellarunt Perſae. Nunc vulgo باختر *Bachter*, teſte Mesgnino Meninskio, *occidentem* di-

(4) p. 292. ed. Gron. (5) In meteorologicis l. 1. c. 13.

dicunt : ſed de hac ſignificatione coniecturam noſtram alibi commodius proferemus. Regionem Bactrianam hoc difficilius eſt deſcribere , quanto Macedonum in ea imperium latius patuit , vbi ſcriptores non ſatis cauti , ſubiectas regiones modo Bactriis accenſent , modo Sogdianis. Qua in re etiam Claudium Ptolemaeum offendiſſe reperio. Auſcultemus tamen primo omnium Ptolemaeo , quocum Agathemerus concordat. Fines Bactrianae ad meridiem ſunt montes Indici et ille praeſertim , quem *Paroniſum* Graeci vocarunt. Claudio Ptolemaeo et Agathemero eſt Παροπάνισος , Arriano in Indicis Παραπομισὸς , Dionyſio Periegetae Πάρνησσος et Παρπάνισος. Euſtathius Theſſalonicenſis in multis codicibus Παρπάμισσον et Παρνισὸν reperiri teſtatur. (6) Non quadrant haec in Periegetae illa loca , igitur Stephani Byzantii codices ſub oculis habuiſſe videtur : illo enim auctore et Strabone in parecbolis tum Homericis tum Dionyſianis perpetuo vſus eſt. Nunc in Stephano legitur Παροπάμισσος. Ita in Plinio quoque et Pomponio Mela. In tabula Peutingeriana *Daropaniſos* : vbi Marco Velſero potius errorem attribuerim , qui in ſcriptura Langobardica labi facile potuit , cum *Paropaniſos* eſſet. Iam gens ipsa in his montibus Claudio Ptolemaeo Παροπανισάδαι. Ita Marciano Heracleotae , in MS. vno et Ammiano Marcellino in regio codice : nam aliis in codicibus illorum auctorum ſunt Παροπαμισάδαι , vt Strabo habet , etiam apud Euſtathium , quamquam Χρηστομάθειαι ἐκ τῶν Στράβωνος γεωγραφικῶν , Παροπανισάδας ediderunt : (7) Arriano et Q. Curtio Παραπα-

(6) Ad Dionyſii perieges in v. 737. et 1097. (7) p. 147.

παμισάδαι. Corruptiſſime in Honorii excerptis, (8) *Paropanneſes gens*: in Aethici geographia (9) *Paroparſoſianos*, in Anonymo Rauennate (10) *Parapamſidon*, pro Παραπαμισαδων. Nimirum montes Indici latiſſime patent, a Perſiae finibus ſupra Indum et Gangem multiplicibus anfractibus ſibi ſuccedentes in extremum vsque orientem. Iam Strabo teſtatur, (1) aliis alibi nominibus montes illos dici, aut *Parapamiſum*, aut *Emodum* aut *Emaum* vel *Imaum*, vt eſt apud ceteros. Macedones *Caucaſum* vocarunt hosce montes, vt a veteribus quoque obſeruatum fuit, per errorem: at Philoſtratus, quantum potuit, in Apollonii Tyanenſis vita hoc nomen in ore tulit. Nimirum audiebant Macedones, Indis montem quemcumque vocari *khoo*. Ita hodie quoque appellant vnum ex montibus कु.कापेर. *khoo kafèr*, *montem kaſer*, ſeu *montem hominum perniciem*, quia niuibus oppletus, ſaepenumero homines praecipiti mole earum opprimit: nam et hoc imperitum eſt in Philoſtrato, (2) quod in Caucaſo Indico niuem eſſe negat. Perſis diceretur ille mons كوه كافر *kuh* ſeu *koh kafir*, *mons infidelis*, *impius*. Nam et Perſis كوه *koh*, *mons* dicitur. Iam illi Macedones, qui Caucaſum tragoediis ſuis illuſtrem, geographiae videlicet ignariſſimi, in oriente quaerebant, cum montes audirent *khoo* obſcuro ſono vocitari, nihil aliud vna ex ſyllaba iudicabant, quam, quod quaeſiuerant, ſeſe reperiſſe. Alii ex Macedonibus veriora nomina cognouere, Imai, Meri, Nyſae. In

(8) p. 17 (9) p. 33. ed. Gron. (10) p. 44. ed. Porch. Ita quoque Iac. Gronouius edidit. (1) p. 474 ed. Caſaub. (2) p. 69.

In *Trigala-ſakkaram* (3) Tamulicae aſtronomiae et cosmographiae libro, montium nomina exſtant, *Meru*, *Imavan*, *Kenda*, alia deinceps, pleraque tamen Indiae meridionalis. *Puwana-ſakkaram*, ſeu Geographia Tamulica, *Imeia* montem ad orientem Meri collocat. In illo et *Malei-aræſſen* montium rex et Gangis fontes. Reuerendi Miſſionarii Danici in epiſtola ad me annotarunt, Indos in Kirendum, (lingua et ſcriptura Tamulorum, „aliis *Grantham* dicta,) eum montem *Himavat-parba-* „*dem* dicere, quaſi *rorulentum montem*: *himam* enim „*rorem congelatum*, qualis plerisque in montibus Indiae „glacies eſt, ſignificat: Tamulos vero *Imeia paruba-* „*dam*, Imeiam montem, et quaſi honoris cauſſa, *Ime-* „*ior* et *Emor* et *Emor-parubadam* vulgari lingua nuncupare. Vnde, Reuerendi viri merito concludunt, Graecos nomen *Emodi* montis duxiſſe, nullum enim alium montem eſſe, in quo Gangis fluuii fontes ſint. Huic igitur Emodo ab auctore *Puwana-ſakkaram* Merus mons ad occidentem ſtatuitur. Non pigebit huius geographi Indi de monte Mero fabulas ex eorundem amiciſſimorum „virorum interpretatione recognoſcere: „*Meru* montis pe- „dem tradit 16000 *joſinei* in circuitu continere: vnum „*joſinei* paullo plus eſt, quam duo miliaria Germanica: „cacumen vero 32000 *joſinei* aſſurgere: eo in monte „mille atque octo *kodumudi* ſeu *colles* eſſe ſitos: in ori- „entali regione *Viſchtnu* deum et *Letſchmi* coniugem „eius verſari: in ſeptemtrionali tractu *Bruma* deum cum „coniuge *Sarasbadi*: ad meridiem degere *Tetſchana-*

 „*Mur-*

(3) Quem etiam librum in foliis palmarum Reuerendorum Miſſionariorum Trangambarienſium beneuolentia poſſideo.

„*Murti*, monarcham mundi, in orientalibus *Nandiſu-*
„*rer*, *Siveni* dei atrienſem: circum montem agere *Sit-*
„*ter* et *Kenduruver*, alatos deorum miniſtros, *Munie-*
„*ſurer*, prophetas, *Dewergæl*, deos minorum gentium,
„*Kinærer* et *Tumburu-narader*, cythariſtas et *Attuma-*
„*ſitter*, protectores deorum ſatellites. Brahmanes ſupe-
rioris Indiae montem illum vocant स्मेरो · परबुत:
*Smeru parabud* ſeu *parbud*, vt a Sonhara et Nrho-
hotam Multanienſibus, meis in hac litteratura magiſtris
accepi. Eſt autem *Sméru*, *auri in molem exaggera-
tus cumulus*. Dicunt quoque मेरो *Mero* centeſimum
et nonum ex globulis, ſecundum quos preces fundunt,
eſtque hoc nomine inſignitus propter honorem Meri mon-
tis. *Parabud* autem ſeu *parbud* nihil aliud ſignificat,
quam montem, ſed honorificentiſſima appellatione, (4)
cum econtrario *khôo* iſthuc ſit plebeium. Merum igi-
tur ex ſolido auro aſſurgere praedicant: ſolem vtique,
cum occidit, ab huius montis auro reſplendeſcere ad ru-
borem, denique eodem in monte सरगु : पुरी
*Sa'gu puri*, ſanctum purumque beatorum locum eſſe.
Graeci veteres huius Meri montis partem occidentalem
longe maximam *Nyſae* nomine celebrant. Hunc dico
eſſe Παρόνισον, ex quo cetera nomina *Paropaniſi*, *Pa-*
*ro-*

(4) In mappis Delislianis eſt *Mons Purbet ſiue Naugracut*. Scilicet
नागरकोट: परबुत: Nagarakut parabud, *Nagaracot mons*:
neque enim haec diuerſa eiusdem montis nomina ſunt.

*ropamiſae* et quaecunque ſunt alia, corrupta fuerunt. Nam vt *khôo*, ita etiam बाबरो *babaro* ſeu *bâbro*, plebeia Indorum lingua *mons* eſt, vnde बबारा विछे *babárawitſcb*, *vallis*. Nyſae autem montis mentionem iniicit auctor geographiae Indicae *Pûwana - ſákkaram*, in hunc fere modum: „Ab occidente montis *Meru* eſt mons *Adi-niſcbâjam*, a quo *Râgu* fluuius dilabi-„ tur, in eo magna eſt tilia *Aræſu*, vnde omnes ad oc-„ cidentem regiones *Aræſæn-tîwu*, *tiliae inſula* dicuntur:„ incolae colore flauo ſunt longamque vitam agunt.„ Igitur ex iſto *bâbro* et hoc *niſcbàjam*, ſeu, vt ſuperiores Indi dicunt, *Niſcba* vel *Nisa*, Παρόνισον Graeci effabricarunt.

IV. A ſeptemtrione Bactriorum Ptolemaeus Oxum fluuium ponit. Strabo: (5) ῥεῖν δε Ωχον ὁι μὲν διὰ τῆς Βακτριανῆς Φασιν, ὁι δὲ καὶ παρ᾽αὐτὴν, *Ochum alii per Bactrianam fluere tradunt, alii in finibus eius.* Ochum dicit Oxum, quem alii diſtinguunt ab altero. Oxus, nunc جيحون *Gjihun*, Bactriis اقصى *Akſai* ſeu اقصا *Akſa* dictus videtur, αὐτὸ τȣ̃το, *extemus terminus.* Solini Polyhiſtor: (6) *Oxus amnis oritur de lacu Oxo, cuius oras hinc inde Bateni et Oxiſtae accolunt: ſed praecipuam partem Bactrii tenent.* Oxum lacum, fontium fluminis parentem, nusquam inuenio: fontes in montibus Indicis ſunt. Credo igitur Solinum de


lacu

(5) p. 357. (6) c. 49.

lacu *Aral* loqui, in quem Oxus recipitur, de quo vero etiam Polybius inaudiuit, cuius de Oxo terram ſubeunte narratio cum natura ipſa conferri meretur. (7) Idem Oxus, teſte Ptolemaeo, Bactrios ab orientalibus populis diſterminauit. Ab occaſu erat Margiana Perſiae prouincia. Nondum tamen ea ad Hyrcanum mare pertinebat. Ammianus Marcellinus: (8) *Bactrianes pleraeque partes, ita, vt Margiana, procul a litoribus ſunt diſparatae.* Nam Aria intercedebat, vt Strabo teſtatur: (9) τῆς δὲ Βακτρίας μέρη μέν τινα τῇ Ἀρίᾳ περιβέβληται πρὸς ἄρκτον, τὰ πολλὰ δ᾽ὑπέρκειται πρὸς ἕω. *Bactriae partes quaedam ab Aria circumiectae ſunt verſus boream, pleraeque autem porriguntur in orientem.* Margiana autem, quemadmodum a vetuſtis ſcriptoribus definitur, nulla poteſt eſſe alia, quam خرسان *Chorasân.* Margus vero fluuius in Oxum ſeſe exonerans, is ipse videtur fuiſſe, qui eodem cum duobus oppidis مرو *Maru* et مرو الروذ *Maru-rrud* nomine مرواب *Maruab,* quaſi *Maru aquam* dicas, appellatur. Hunc fluuium Dionyſius Afer inter Bactrianam et Margianam limitem conſtituit. Margiani enim ſunt, quos Mardos dicit, et Μάρδος illius, *Margus* fluuius. (10)

ἄγχι δὲ Μάρδοι,
Υρκάνιοι, Τάπυροί τ᾽, ἐπὶ δέ σφιν ὅλκον ἑλίσσει
Μά δος, Δερκεβίων τε καὶ ἀφνεῶν πόμα Βάκτρων.
Ἀμφοτέρων γὰρ μέσσος ἐς Υρκανίην ἅλα βάλλει.
Ἀλλ᾽ ἤτοι Βάκτροι μὲν ἐπ᾽ ἠπείροιο νέμονται,
Χώρην ευρυτέρην, κνημοῖς ὑπὸ Παρνησσοῖο.

*Fe-*

(7) Excerpta Polybiana p. 619. ed. Caſaub. (8) l. XXXII. c. 6. p. 292. ed. Gron. (9) p. 355. (10) v. 107.

Feſtus Auienus : (1)

*Trux illic arua Caduſus*
*Dura tenet, Mardi celeres, Hyrcani Apyrique:*
*Ceſpite vicino Mardus fluit et procul ipſos*
*Accedit Bactros, attingens denique atroces*
*Agmine Dercebios, medius diſterminat ambos,*
*Hyrcanique ſalis tumido conuoluitur aeſtu.*
*Sed Bactrina ſolo vaſto procul arua recedunt,*
*Parneſſique iugi tegitur gens rupibus illa.*

Quod ſolum Bactrianes vaſtum poeta dicit? nempe regio non ita ampla fuit, vt praeterea ſolitudines contineret immenſas. Sed bene ſatis habet in Dionyſio, qui, dum maxime ſtudet Homericis, ſummi poetae exemplo nonnumquam pulcrum duxit, verbis ampliſſimis omnino dicere nihil. Sed, ſi Ptolemaeum audias, Margus fluuius non ipſe limes et ripa ſtriga Margianae praetenta fuit, ideo fines Bactrianae ne ſic quidem plane ſcimus. Vt autem illum *Maruab*, *Margum* fluuium fuiſſe credam, conuenientia vocum facit, cum praeſertim regionum, vrbium, fluuiorum gentiumque, quae nunc iſtis in terris ſunt, nomina, olim fere ita fuiſſe perſentiſco. Ita nunc تخارستان *Tochareſtan* ſeu *Tocharorum regio*, vbi priſci Τόχαροι vel Τάχαροι, quamquam amplioribus ſpatiis, iam, Claudii Ptolemaei aeuo, vt nunc, coluere. Ammianus Marcellinus: (2) *Gentes Bactrianis obediunt plures, quas exſuperant Tochari*, vt Valeſius emendauit. Vbi Strabonis Χωρασμιοὶ ceterorum Χωράσμιοι, ibi quoque خوارزم *Chovareſm*, vbi Σογδιανὴ, ibi nunc etiam سغد *Sogd.*



(1) v. 736. (2) L. XXIII. c. 6. p. 292.

V. Limites Sogdianae auſtrales ſeptemtrionalesque non poſſunt eſſe obſcuri : Oxo enim et Iaxarte fluuiis continentur. Iaxartes forte يكسر *Iekſr* Perſicum, quod *vno impetu, agmine alueoque fluat*, nunc Perſis سيحون *Sihun*, forte Plinio (1) quoque *Sihyn*, vbi nunc in exemplaribus eſt *Silyn.* Regio haec ماوراء النهر *Mavarannâhar*, quaſi dicas, *trans fluuium* ſeu Tranſoxianam. Sogdiana nomen traxit a Tempis et flumine et monte سغد *Sogd*, de quibus Iacobus Golius ad Alfraganum (2) diligenter egit. Ceterum Strabo monet, reges (3) Graecos, de quibus poſtea tractabo, etiam Sogdianam tenuiſſe ὑπερκειμένην πρὸς ἕω τῆς Βακτριανῆς, μεταξὺ τοῦ τε Ὤξου ποταμοῦ, ὃς ὁρίζει τήν τε τῶν Βακτρίων καὶ τὴν τῶν Σογδίων, καὶ τοῦ Ἰαξάρτου, οὗτος δὲ καὶ τοὺς Σογδίους ὁρίζει καὶ τοὺς Νομάδας, *quae ſuperior iacet ad orientem Bactrianae, inter Oxum fluuium, qui Bactrianam a Sogdiana diſterminat, et Iaxarten, qui Sogdianos et Nomadas diuidit.* Hinc accidit, vt veteres, cum Sogdianam a Bactriana verbo diſtinguunt, re ipsa tamen confundant, veluti vnius regni prouincias. Ab occaſu Sogdianae Ptolemaeus Scythiae partem ponit, Dionyſius vero Periegetes Χωρασμίους *Chorasmios*, quos Ptolemaeus Sogdianae accenſet. Scilicet reperiſſe eum puto, Chorasmiam ſub Bactrianis regibus prouinciam aeque fuiſſe, vt Sogdianam. Ceterum totum tractum Ponti Euxini orientalem Graeci ſcriptores ignorarunt, vt tanto facilius hic labi poſſet Claudius. Neque dubito, Chorasmiam ſemper ſuis limitibus et per *Aral* lacum a Sogdiis diuiſam fuiſſe. Termini Sogdianae ad orientem, ſon-

(1) l. VI, c. 16, p. 677. ed. Hard. (2) p. 171. (3) p. 356.

fontes Iaxartis fluuii. Vicini deinde Sacae et denique Seres, de quibus alio loco exquiſitius dicam.

VI. Quod autem modo diximus, Sogdianam a plerisque cum Bactriana permiſceri, id vrbes indicant Bactrianae, quae nihilo minus apud ſcriptores in Sogdiana exſtant. In primis Ptolemaeo in Bactriana commemoratur Μαράκανδα et duobus vero gradibus meridionalior Bactris. Vide, quam parum Ptolemaicis dimenſionibus fidere nos deceat. Quicumque de Alexandri expeditionibus ſcripſerunt, Bactra intra Oxum et Paroniſum collocarunt: econtrario Arrianus (4) Maracandam τὰ βασίλεια τῆς Σογδιανῆς trans Oxum poſuit, nullo reliquorum repugnante. Strabo (5) Μαράκανδα τῆς Σογδιανῆς, vt Iſaacus Caſaubonus ex MSS. emendauit, cum eſſet Παράκανδα. Quis dubitet, eſſe سمرقند *Samarkand*, Chryſococcae Σαμαρχάντ, Indis समर्कंदे *Samarcánde*. Eam vero vrbem tam Persae, quam Arabes adhuc مرقند *Maracand* appellant. Et Iſmael Abulfeda ad Samarcandam Ptolemaeum teſtem citat, vtpote qui ante nos id ipſum animaduertit. Poſſis exiſtimare, ex vero vrbis ſitu reliquarum pro portione interualla ſtatui oportere: at ne iſthuc quidem in Ptolemaeo tutum eſt, quando et numeri ſunt deprauati et ex periodis viarum diaetarumque rationes ad ſtadia, inde ad gradus relatae, multiplicium errorum foetae fuerunt. Ne nunc quidem ex Abulfeda aut Naſſireddino aliquid certius definiri poteſt. Ptolemaeus in tabula inſignium vrbium, has in Bactriana inſignes recenſet:

Χα

(4) p. 356. (5) p. 356.

| | Long. | | Latit. | |
|---|---|---|---|---|
| Χατράκαρτα | 110. | 0′ | 44. | 10′ |
| Ζάρισπα | 113. | 0′ | 43. | 45′ |
| Βάκτρα βασίλειον | 116. | 0′ | 41. | 0′ |
| Μαράκανδα | 112. | 0′ | 39. | 30′. |

In editione Bilibaldi Pirckheimeri (6) rariſſima:

| | Long. | | Latit. | |
|---|---|---|---|---|
| *Charracharta* | 111. | 0′ | 44. | 10′ |
| *Zariſpa* | 115. | 0′ | 44. | 0′ |
| *Bactra regia* | 116. | 0′ | 41. | 0′ |
| *Maracanda* | 112. | 0′ | 30. | 15′. |

Vilelmus Schickardus (7) quod Ptolemaei dimenſionibus plus aequo fideret, Bactra credidit Bocharam vrbem eſſe. In eadem opinione Iſmaelem Abulfedam fuiſſe reperio: nam ad Bocharam Ptolemaei dimenſiones ponit, plane quidem abhorrentes a Graecis exemplaribus, tamen vt non appareat, eum aliam vrbem in animo habuiſſe, quam Bactra. Schickardum Iacobus Golius (8) confutauit, cum obſeruaſſet, vetera Bactra ad auſtrum Oxi, Bucharam vero trans Oxum conſtitui. Nihil reliquum eſt, quam vt de communi ſententia *Bactra* dica-

(6) Norimbergae 1524. fol. (7) In Tarich p. 179. (8) Ad Alfragan. p. 175. 177.

camus eſſe بلخ *Balch* et *Bactrum* fluuium, qui nunc دهاش *Dehaſch*, quatuor ab vrbe paraſangis planitiem ex montibus ingreſſus, per ſuburbia Balchi Oxum petit, duodecim ab vrbe paraſangis diſſitum. Plane ita Iacobus Golius cenſuit, (9) quem excellenti virum doctrina lubenter ſequor. Perſae vrbem *Balch*, *ab ilicibus*, quae iſthic copioſae ſunt, dixerunt, quod Thomam Hyden aliquo in loco monuiſſe recordamur: ſed iidem Perſae plerumque cum adiecto بلخ باخرا *Balch Bachara* efferunt, atque ſic quoque Indi बालख्‌ बुखारा *Balk Bukâra*. Non credo, *Balch Bucharorum*, ſed *Balchum Bactrianum*, Perſica voce باختر *Bachter* eum in modum deprauata.

VII. Haec Bactra veterum quidam cum *Zariaspa* confundunt. Eratoſthenes apud Strabonem: (10) Βάκτρα πόλις ἡ καὶ Ζαριάσπα καλεῖται. Plinius: (1) *Bactra oppidum, quod appellant Zariaspa.* Et paullo poſt: *Bactri, quorum oppidum Zariaspe.* Ζαρίασπα etiam Characi Pergameno apud Stephanum Byzantium. Credo aliquem veterum, qui ita, vt Polybius, ſcripſerit, (2) τὰ Ζαριασπα τῆς Βακτριανῆς, offenſioni fuiſſe Eratoſtheni, vt regionem Bactrianam cum Bactris vrbe commiscuerit. Arrianus (3) Ζαριασπα τὴν μεγίστην πόλιν in occidentali Sogdiana ponit, vt ex itineribus Alexandri M. colligo. Ammianus Marcellinus (4)

C Sa-

(9) l. c. p. 177. (10) p. 354. (1) l. c. (2) p. 865. ed. Gronouii. (3) p. 151. 159. ed. Gron. (4) l. XXIII. c. VI. p. 292. ed. Gron.

Zariaspen fluuium cum Artemi conſociari tradit, et in Oxum exonerari. Id nominis Thomas Hyde (5) ex لهراسب *Lohrasb* corruptum fuiſſe credidit: Graecos enim cum Perſicas litteras imperite legerent, ex eo زهراسب *Zarasb* effeciſſe. Lohraspen illum Balchi vrbis conditorem ſtatuunt Perſae. Illum, inquam, fabuloſum Hyſtaspis patrem, Darii auum. Hyſtaspen vero Herodotus prope aequalis et Cteſias Cnidius Herodotomaſtix, principem virum, priuatum tamen fuiſſe tradunt: Hyſtaspen et Lohraspen reges omnis vetuſtas ignorat. Solus Ammianus Marcellinus, (6) *Hyſtaspen Darii patrem regem prudentiſſimum* citat, quem vero et Lactantium et Agathiam Myrinaeum multo antiquiorem Dario et patre eius prodidiſſe, Henricus Valeſius iam annotauit. Attamen, vti nunc, ita Marcellini aeuo Perſae de Darii patre ſenſerunt. Nempe ſcriptores barbari negotium ſibi in Lohraſpe et Hyſtaspe dari exiſtimarunt, vt quae vellent, impune comminiſcerentur, nullius memoria fabulas ſuas refellente: ſunt enim in his prope infinita, et cum Graecis pugnantia monumentis et inter ſe. Quod autem Thomas Hyde, Graecos Perſica litteratura eruditos, Perſicorum librorum ſtudioſos fuiſſe opinatur, id quidem tolerari poteſt: quod idem litteras Perſicas, hac forma, qua facile fallunt, quamue ipſe reſpexit, tam veteres fuiſſe ponit, hoc in eo paſſim ſum miratus. Profecto cum talia coniectaret, animum ad ea non aduertit, quae tam eruditum virum non poterant latere. (*) Vt mea opinio fert, *Zariſpa* et *Zariaspa* vrbs eſt هزارسف *Haſaraspb*, vt apud Naſſireddinum et Vlugbegum enuncia-

(5) In hiſtoria religionis veterum Perſarum p. 301. (6) p. 288.
(*) Trecentis fere poſt Muhamedem annis hae litterae ex Cuficis concinnatae ſunt ab *Ebn Mokla* et deinde ab *Ebn Bowab* perfectae.

ciatur, هزاراسب *Haſaraſb*, vt apud Iſmaelem Abulfedam et *Hiſaraſb*, iisdem tamen litteris, vt apud Abulgaſum Bahadur Chanum. Abulgaſus vicinam Turceſtaniae collocare videtur: ceteri in Chowareſmia, et Abulfeda quidem ſex paraſangis ab vrbe Cath.

VIII. Quae autem Ptolemaei Χατράκαρτα vel *Charracarta* dicemus eſſe? Ammiano Marcellino: (7) *Chatra* et *Charte*. Perſice حرة *Cherret* vel *charret*, *petroſa regio* et خرة *Charet*, *vicus vrbis*. Ab alterutro videtur factum Ζαδράκαρτα, quod Arrianus (8) in Hyrcania recenſuit. Niſi خرجرد *Chargjerd* ſit, quae ſub *Herat* vrbe in Choraſana, Balcho occidentalior et auſtralior ab Abulfeda ponitur, poteſt fieri, vt dictum fuerit قرة خرة *karah charret*: forte eadem, quam Q. Curtius (9) *Garabactra* قرة باختر *Karah Bachter*, *Nigra Bactra*, nuncupauit. Nimirum nihil certi definire poſſumus. At *Choana* Ptolemaei ſane videtur fuiſſe خجندة *Chogjandah* in Mawarannahra et *Suragana* جرجانية *Gjorgjania* in Chovaraſmia, quamquam Abulfeda ad اسروشنة *Oſruſchna* in Mawarannahra Ptolemaeum citat teſtem, vbi nullius alterius nomen vrbis, quam *Suraganae* videtur reſpexiſſe. *Aſtacana* Ptolemaei et Ammiani (10) *Aſtacia* eſt اشتيخن *Aſchtichan* in Mawarannahra. *Curiandra* forte كركانج *Corgangj* et *Cavaris* كشغر *Caſchgar*. In Sogdiana *Cyreſchata* Ptolemaei et Ammian *Creſcata*, vt in MSS optimis recte eſt, ſine dubio خرشكث *Charaſchkat* et *Oxiana* اخسيكث *Achſikatſch*, quaſi dicas *Achſi ſedem*. Sed vtramque Ptolemaeus ad

C 2 O-

(7) P. 292. (8) p. 138. (9) l. c. (10) p. 292.

Oxum collocauit, contra Abulſeda illam in *Sebaſch* regione, hanc in *Fergana*, ergo vtramque vltra Iaxartem. Ad Iaxartem, ſed in Sogdiana, Κύρȣ πόλιν illam ponit. (1) Recte Stephanus Byzantius: Κύρȣ πόλις, ἣ καὶ Κυρέσχατα καλεῖται. *Drepſa* Ptolemaei videtur Strabonis (2) Δάραψα eſſe. Sed alibi Strabo: (3) Ἄδραψα πόλις τῆς Βακτριανῆς. Ita apud Ammianum in MS. Colbertino *Areta ipſa*, vbi Iacobus Gronouius edidit *Drepsa*: malim *Adrepsa*: اندراب *Andarab*, ad orientem Balchi. *Phratrua* Ptolemaei forte ex فرز *Farabr* in Chowareſmia corruptum.

IX. Videtis igitur, oppida Bactrianae, Sogdianae et Chorasmiae multimodis inter ſe confuſa fuiſſe, quod, cum a Macedonibus tenerentur, nobile magis et illuſtre eſſet nomen Bactrianum. Et hactenus eo facilior fuit confuſio, quod eiusdem ſtirpis et vnius corporis populus eſſent Bactrii et Sogdiani. Strabo: (4) τὸ μὲν ȣ̓͂ν παλαιὸν ȣ̓ πολὺ διέφερον τοῖς βίοις καὶ τοῖς ἤθεσι τῶν Νομάδων ὅι τε Σογδιανὸι καὶ ὁι Βακτριανόι. μικρὸν δ᾽ ὅμως ἡμερότεροι ἦν τὰ τῶν Βακτριανῶν. *Olim vita et moribus Sogdiani Bactriique a Nomadibus non multum diſcreparunt: Bactrii tamen nonnibil fuerunt moratiores.* Nomadas dicit gentes, quae ad boream Iaxartis et ad ſeptemtrionem Choraſmiae ad mare vsque Caſpium coluerunt. Iuſtinus (5) Bactrios Scythico inſeruit corpori. *Scythae*, inquit, *Partbos Bactrianosque condiderunt.* Plenius haec ex Trogo Pompeio, vt opinor, Iſidorus Hiſpalenſis: *Bactriani Scythae fuerunt,* qui

(1) l. IV. c. 2. 3. (2) p. 356. (3) p. 498. (4) l. II. c. 1.

*qui ſuorum factione a ſedibus ſuis pulſi, iuxta Bactron orientis fluuium conſederunt, ex cuius vocabulo et nomen ſortiti ſunt: Parthi quoque et ipſi a Scythis originem trahunt, fuerunt enim eorum exules.* At Parthos cum Armenis neceſſitudine deuinctos fuiſſe, eorum lingua argumento eſt. Eodem argumento colligitur, Bactrios, vt a Parthis toto genere ſtirpis diuerſos, ita neque Scythas fuiſſe. Perſae vtique, qui poſt Parthos regnarunt, eodem cum Bactriis ſermone ſunt vſi, quare Behramgur rex, quem Theodoſio Iuniori Imp. aequalem dant, abrogata زبان پهلوی *dialecto Pehlavi*, tamquam rudiori, linguam دری *Deri* ſeu aulicam, qualis nunc eſt, in ſumma dignitate collocauit. Nam prae illa lingua haec lenis eſt et delicata, quae nihil abrupti patiatur, voces omnes explanate et concinne enunciet, quod aliter fuit in ceteris Perſarum dialectis. (5) Haec autem lingua *Deri*, quae in regno Perſico lege conſtituta, in aulam, in acta publica priuataque introducta eſt, apud Balchum et Bocharam antiqua fuit et vernacula. Si mihi concedatur, quod ex aequo poſtulo, populorum ingenia in ſermone ſpectari, hoc praeterea ex iis, quae dixi, conſtituo, Bactrios Parthis ceteriſque Perſis humanitate praeſtitiſſe. Nam ex hac regione quoque, Perſis ipſis confitentibus, Zoroaſtriana philoſophia dudum profecta eſt, quo etiam ſepulturae illud genus apud Bactrios pertinet, de quo apud Strabonem Oneſicritus. (*) Neque Bactriorum Σαμαναῖοι (6) alii fuiſſe videntur, quam Zo-



(5) Videatur Th. Hyde in hiſtoria religionis veterum Perſarum p. 419. (*) p. 356. (6) Clemens Alexandrinus in Stromatis p. 305. Origenes contra Celſum p. 19. ed. Spenc. Cyrillus contra Iulianum p. 90. ed. Baſil. Conf. Porphyrius de abſtinentia animalium paragr. 117. ed. Cant.

Zoroaſtrianae diſciplinae ſacerdotes , quod quidem ipſa vox indicat. Nam شمن *Schaman*, vt Thomas Hyde nos docuit , *ingemiſcentem* ſignificat et *ſingultantem*, quod Magorum ritus continet, qui, cum ſacra facerent , non concinna voce inſtaurabant , ſed repreſſa , ore obligato. Bardeſanes (7) et Porphyrius, Gymnoſophiſtas Indorum in Brahmanes et Samanaeos diuiſerunt : illorum vero errorem alibi coarguam. Caeſarius Gregorii Nazianzeni frater Cedreno teſte refert, (*) Bactrianos ſeu Brahmanas neque carnem comedere, neque vinum bibere et ab laſciuia omni flagitioque refugere. In Bactriano autem populo, etiam poſtea, vbi Mahometi dicto audientes fuere, doctrinae ingeniorumque gloria viguit. Propemodum plures eximia laude viri ex his regionibus prodierunt, quam ex Perſia omni et Turcia. Adhuc litterae iſthic magis florent, quam inter reliquos barbaros.

X. Nunc mihi in rebus Bactrianis aliquanto magis quam antea inoffenso pede verſari poſſe videor. Ex Herodoto (8) conſtat, Cyrum regem, Croeſo deuicto, reliquias belli contra Ionas in Aſia ſatrapis permiſiſſe, ipſum vertiſſe in Babylonios et Bactrios. Ergo Bactrii aut ſui iuris fuerunt, aut Perſarum, a quibus genus ducebat Cyrus, dominationem contempſerunt prae Medica nobilitate. Cteſias Photii auctor eſt, praelium inter Perſas et Bactrios aequo Marte commiſſum eſſe, poſt id Bactrios voluntaria deditione in Cyri poteſtatem perueniſſe. Si iterum Cteſiae aduertamus, Cyrus morti proximus Ta-

(7) Vide Hieronymum contra Iouinianum l. II. p. 36. ed. Baſil.
(*) p. 145. (8) l. I. c. 153.

Tanyoxarcen filium minorem natu, Cambyſis fratrem, δεσπότην Βακτρίων et circumiectarum regionum conſtituit, quem Cambyſes occulta fraude ſuſtulit de medio, magi cuiusdam Sphendadati calumniis permotus. Is igitur Tanyoxarces, Herodoti Smerdes eſt. Interea magus, ſi qua fides Cteſiae eſt, pro Tanyoxarce ſeſe gerens, Bactrianam adminiſtrauit, donec regnum quoque rapuit Perſicum. Dario Hyſtaspis tributum Bactrii pependerunt trecenta et ſexaginta talenta, vt auctor eſt Herodotus. (9) Xerxes rex in exercitu contra Graecos habuit Bactrios, quibus dux datus Hyſtaspes, Darii regis ex Atoſſa Cyri filius. (10) Secundum Hyſtaspen Bactriis praefuit Maſiſtes, Dario item et Atoſſa genitus, quem Xerxes, cum Bactrianum nomen concitaturus videretur, interficiendum curauit. (1) Alter deinde Hyſtaspes Xerxis filius Bactriorum ſatrapa fuit. (2) Huic quid acciderit, non inuenio. Cum autem, vt ex Diodoro Siculo cognouimus, Artaxerxes cunctos ſatrapas, imperio per ſcelus parto ſuſpectos mouit, non potuit pati, vt Hyſtaspes frater bellicoſam gentem et validam teneret. (3) Si quid tribuamus Cteſiae Cnidio, neque enim ille vsquequaque fuit impoſtor, Bactriis deinde praefectus datus eſt Artabanus. Αφίσαται, inquit Cteſias apud Photium, Αρταξέρξυ Βάκτρα καὶ ὁ σατράπης, ἄλλος Αρτάπανος. Huic loco Henricus Stephanus caliginem adfudit, quam Iacobus Gronouius non diſpulit. Sic enim interpretatus eſt: *deſciscunt ab Artaxerxe Bactra, aliusque item praefectus* Arta-

(9) l. III. c. 92. (10) l. VII. c. 64. (1) Herodotus l. VII. c. 82. et l. IX. c. 112. (2) Diodorus Siculus l. XI. p. 278. ed. Steph. (3) Humphredus Prideaux in V. et N. T. initio libri quinti, cum has res attingit, quod ſolet accidere nobis hominibus, paſſus eſt. Inuitus dico, ne quem ſummi auctoritas viri fallat in re pertenui.

*Artapanus*, veluti ſi is alterius prouinciae, non Bactrianae fuerit ſatrapa. Locus Cteſiae, vt conciſus ſententia, ita planiſſimus eſt, ſi quis animum aduertat. Bactra defeciſſe ſcribit et ſatrapam eorum, alterum Artabanum, non illum, quem ſupra commemorauerat, regiae parricidam domus. Videtur autem Artabanus per occaſionem defectionis Aegyptiorum res nouas fuiſſe molitus. Artaxerxes Bactrios bello petiit: pugnatum eſt aequo Marte, incerto ad victoriam euentu. Praelio iterum inito, ventus, qui Bactriis aduerſus contigerat, arenarum nubem pugnantium in ora tulit, Perſis tempeſtatem a tergo haud aeque grauiter ſentientibus. Sic in ordinem redacti Bactrii.

XI. Bello Macedonico Darius Codomannus re ad Iſſum male geſta, Beſſum Bactriorum ſatrapam, quantis maximis cum copiis poſſet, exciuit. Ad Gaugamala Bactrii in laeuo cornu fortiter ſe geſſerunt. (4) Nota omnia et peruulgata non perſequar: vt Beſſus, Perſis a Macedonibus fuſis fugatisque, labantem regiae domus fortunam proditione et nece Darii praecipitauerit, vt diadema et Artaxerxis appellationem ſumpſerit et contra Alexandrum M. octo millia Bactriani nominis inſtruxerit, vt a ſuis deſertus et dum nouas copias in Sogdiana comparat, coniectus in vincula perfidiae poenas luerit. Alexander Bactriana potitus, Artabazum ſumma nobilitate virum et ſpectata in Darium regem fide, nunc rebus deſperatis ſupplicem prouinciae praefecit. (5) Inde iam Macedones, Oxo traiecto, longius proceſſere ad Iaxartem, vbi Alexan-

(4) Arrianus p. 134. Plutarchus in Alexandro p. 683. 685. Q. Curtius l. IV. c. 6. VII. c. 5. (5) Arrianus p. 146.

ander vrbem condere inſtituit. Haud ita multo poſt barbari fluuio vicini, quos Scythas vocat Arrianus, (6) Macedones, qui praeſidio fuerant relicti, comprehenſos interficiunt, ſeque munimentis contra vindictam ſepiunt. Illius defectionis participes fuere Sogdianorum multitudo et Bactriorum nonnulli, quod Alexandrum metuerent, qui conuentu omnium ὑπάρχων, *praeſidum*, ad Zariaspa indicto, ſtatum reipublicae conuellere videbatur. Alexander ſeptem vrbes et in his Cyropolin munitiſſimam vi cepit. Vrbem deinde, quam deſtinauerat, intra viginti dies moenibus perfectis, habitandam Graecis mercenariis dedit, nonnullis etiam Macedonibus, qui militiam ferre non poterant: ex finitimis barbaris voluntarii in coloniam recepti. (7) Ita vix compoſitis in prouincia rebus, Scythae, ita enim ignotos regionum illarum populos Macedones vocitabant, in vlteriore ripa fluminis aduentare nunciantur: contra eos Alexander ducit: flumine traiecto, praelium init cruentum, Scythas fundit fugatque. Interea Spitamenes Macedonica praeſidia inuadit, Marcandam obſidet. Contra eum duces ab Alexandro miſſi. Hoc audito, Spitamenes obſidionem ſoluit et in regiam Sogdianorum ſeſe recepit. Inſequitur Pharnuchus cum ducibus copiisque Macedonicis et Spitamenem Scythicis auxiliis, quae ſubmiſſa erant, fidentem aggreditur. Res a Macedonibus non pro reliqua fortitudine geſta, quod duces barbarum ſibi praepoſitum indignarentur. Eo in ſtatu pauci cladem euaſerunt: Spitamenes a victoria ad Maracandam reuerſus eſt. Soluere tamen obſidionem repentinus Alexandri aduentus coegit. Is, vbi fugientes diu perſecutus, de



(6) p. 151. (7) Arrianus p. 153.

multis conſciis poenas repetiit, ad Zariaſpa in hiberna duxit, qua in vrbe et veſtem Perſicam et cidarim ſumpſit et adorari ſe paſſus eſt, multaque alia inſtituit, Macedonibus quidem praegrauia, his autem populis cumprimis grata. Venerunt ad Alexandrum et legati Scytharum, quibuscum pugnatum eſſe diximus, et Pharasmanes Chorasmiorum rex cum mille quingentis equitibus. Itaque cum Alexander expeditionem Indicam animo agitaret, Artabazum Perſam, ſatrapam Bactriorum conſtituit, alios aliis ſatrapiis praeficit: quamquam locus hic Arriani, (8) vnde narrationem duximus, non ita eſt lucidus, vt non contra Iacobum Gronouium cum aliis poſſimus ea in ſententia verſari, Artabazo ceteros ſatrapas ſubiectos fuiſſe. Erat autem hic Artabazus et praecipua nobilitate et fide in Darium regem illuſtris. (9) Cum Sogdianorum plerique ſatrapis nouis repugnantes, ſuas ſe in arces abderent, Alexander Polyſperchonte, Attalo, Gorgia, et Meleagro apud Bactrios relictis, ab Oxo Maracandam petit, vrbes Sogdianas recuperat. Interim Spitamenes, qui ad Scythas confugerat, cum auxiliis eorum regreſſus, arcem quandam Bactrianam primo impetu occupat, ad Zariaſpa praedas agit. Ea ex vrbe Macedonum parua manus eruptione facta, fortiter pugnando circumuenta deletaque eſt. Quo accepto, Craterus Spitamenem inſecutus, acri certamine victor diſceſſit. Interea Alexander Artabazum propter ſenectutem a ſatrapatus Bactriani moleſtiis abſoluit: Amyntam Nicolai filium eius in locum ſufficit (10) Coenumque cum ſuis et Meleagri copiis equi-

(8) p. 172. 173. (9) ib. p. 139. (10) ib. p. 175.

equitibusque quadringentis et omnibus iaculatoribus equeſtribus relinquit, vt regioni eſſent praeſidio. Ita Amyntas ſatrapa cum Bactrianis Sogdianisue Coeno duci parere iuſſus. Turbabat prouinciam, vt antea, Spitamenes: cum praelio magno vincit Coenus: Sogdiani Bactriique, qui cum ipſo fuerant, in fidem recepti. Qui cum Spitamene in deſerta ſe abſtruſerant Scythae et Maſſagetae, tot diſcriminum pertaeſi, ducem ſuum capiunt, obtruncantque: caput ad Alexandrum mittunt. Hibernis ad Nautaca actis Alexander primo vere, rupem inexpugnabilem, vt videbatur, in quam Sogdianorum multi confugerant et in his Oxyartis Bactrii, qui defecerat, vxor et filiae, inuaſit. Difficilis expugnatio fuit: obſeſſi ad deditionem arte compulſi ſunt. Ibi tum Roxane Oxyartis filia excellenti pulchritudine Alexandrum perculit, ductaque eſt in matrimonium. Venit igitur ad regem etiam Oxyartes, quem Porphyrius Bactriorum regem fuiſſe perperam praedicat, magnoque in honore haberi coepit. (1) Occupata deinde alia rupe, in hyberna ad Bactra vrbem diſceſſum eſt. Primo vere expeditio Indica ſuſcepta. Amyntas apud Bactrios relictus cum equitum tribus millibus, peditum decem. (2)

XII. Cum ex Perſia Bactrios peteret Alexander, ad Paroniſum montem Alexandriam vrbem condidit, (3) Proëxen Perſam, regionis ad Indum vergentis et a ſe captae ſatrapam reliquit et Niloxenum Satyri filium, inſpectorem.



(1) Arrianus p. 180. (2) ib. p. 182. (3) ib. p. 145.

ctorem. Nunc vbi in Indiam verteret, vrbe noua receptus, praeſidem, quod officio ſuo non eſſet functus, amouit, plurimisque ex Macedonibus exacta militia aut debili corpore in vrbe collocatis, (4) Nicanorem ex amicis vnum, praefectum dedit: Tyriaspen totius regionis Paroniſadarum ad Cophenem vsque amnem ſatrapam conſtituit. Non excedemus ſtadio noſtro et res ab Alexandro in India geſtas recenſebimus: tantummodo de Taxilis et Pori regum ditionibus quaedam monebo. Satis apparet ex Arriano, (5) qui Ariſtobulum et Ptolemaeum Lagi maxime ſecutus eſt, Taxilis regionem ad occidentem Indi fluminis fuiſſe, vbi nunc eſt काबेल: *Kabel.* Pori regiones intra fluuios maiores, qui ex montibus Indicis delapſi, पंजनाद *Pangienand*, *Quinque fluuii* dicuntur, vti terrae inter eos fluuios iacenti nomen eſt पंजाब *Pangiab.*

Sunt autem nunc haec eorum nomina चेनाब *Dgienab* iuxta Multanum, वेबा *Weba*, रावी *Rawi*, prope *Lahor*, quam *Loohor* pronunciant Indi, घारा *Ghara* contracte pro *Kabarab*, *aqua turbida*, vbi

*Phat-*

(4) ib. p. 182. (5) p. 183.

*Phattiabur* et *Dunniabur* vrbes ſunt, denique  *Sindo* ſeu *Sind* ad vrbem *Deram.* Hoc *Sind* verum deinde nomen celebratiſſimi fluminis eſt: *Indum* enim fluuium Indi ipſi ignorant. Quare Arrianus in periplo maris Erythraei recte Σινθον dixit, et Coſmas Aegyptius (*) curatius: ἡ Σινδοῦ δέ ἐςιν ἀρχὴ τῆς Ινδικῆς. Cum enim Graeci iam ante Alexandrum a Perſis audiſſent, nomen gentis  *Hindu* ſeu *Hind*, *Indus*, et  *Hindi* πληθυντικῶς, ideo et fluuio hoc nominis eſſe exiſtimarunt. Perſae quoque et Arabes fluuium recte appellant, vt Gregorius Malatienſis (6) نهر السند *fluuium Sind*, non *fluuium Sendiae*, vt Eduardus Pocokius conuertit. Et cum de India loquuntur, plerumque coniungunt سند و هند *Sind et Hind:* nimirum quod etiam Indi regionem flumini vicinam eodem nomine *Sindo* ſeu *Sind* vocant, in qua gens fortiſſima  *Bhotſch* degit, ſocia Imperatoris Indorum et tributaria, ceterum fere ſui iuris. Scriptores Arabes regionem Pori *Belhera* et *Belur* vocant. Elearifus Geographiae Nubienſis auctor: فاما مدينة نهروارة فملكها ملك عظيم يسمي بلهرا *Vrbs Naruarah et eius rex magnus vocatur Belhera.* Muhamed ben Iacob Phiruzabadius: بلور عظيم من ملوك الهند *Belur maximus*



(*) p. 337. (6) In hiſtoria Dynaſtiarum p. 448.

*mus regum Indiae.* Abulfeda in Choraſmiae deſcriptione ويلي بلاد خان بالق من الجنوب جبال بلهر (7) ملك ملوك الهند *Terram Chanbalek ab auſtro attingunt montes Belhar, qui eſt rex regum Indiae.* Anonymi Perſae tabulae longitudinum et latitudinum, quae in bibliotheca Regia apud Berolinenſes exſtant بلور *Belur* ponunt in climate quarto longit. 103. 0′. latit. 36. 0′. Naſſireddinus vero et Vlugbegus long. 108. 0′ lat. 35. 5′. qui quidem ab Inſulis Fortunatis teſtantur ſeſe gradus numerare. Neſcio an ita ſit vetus nomen, vt de eo inaudiuerit Philoſtratus, apud quem ſunt Βάλαρα. (8) Ceterum Indi ad hunc diem Alexandri memoriam recolunt, nomine शा:सिकंदर:पातस: *Scha Sekandur Padſcha*, eumque Indo ſecundo in oceanum deuectum fuiſſe narrant. Addunt, eum duodecim annos nauigaſſe in oceano et fontem aquae, vnde immortalitatem hauriret, quaeſiſſe. Ita ex ore Sonhhara Multanienſis excepi.

XIII. Redeamus ad Bactrios. Dum in India res gerit Alexander, Macedones, qui Garabactra deducti fuerant, barbaris in ſocietatem conſiliorum receptis, tumultus ſerebant, vt res defectionem ſpectaret. *Garabactra* dixi ſupra قره باختر *Karah Bachter* videri. Athenodorum quendam ducem factionis ſuae ſequebantur Macedones, tanta virum ſeu virtute ſeu fortunae fiducia, vt regis titulum ſumeret. Bicon vero Athenodorum apud Bo-

(7) p. 80, ed. Hudſon. (8) p. 138.

Boxum Macerianum comiter inuitatum inter epulas obtruncauit. *Bicon*, vt mihi videtur, non aliquis eo nomine Bactrius, ſed dignitatis vocabulum بيك *Beg*, praefectus regionis cuiusdam Bactriorum. Arrianus complures ὑπάρχους τῆς χώρας ſeu *Begos* ſub vno ſatrapa, ſeu ستrب *Strab* et اولو بيك *Vlu beg*, *ſupremo bego* fuiſſe indicat. Ita quoque *Boxus* ille *Macerianus* پشا *Paſcha* ſeu militae dux fuiſſe videtur. Agatharchides Cnidius (9) quoque Perſam quendam Βόξον commemorat, qui exul patriae Athenis egerit: credo etiam iſthuc non hominis nomen fuiſſe, ſed dignitatis. Bicon igitur iſtum in modum Athenodoro ſublato, in concionem vocat tam Macedonas, quam barbaros: rationem vltro reddit, inſidias ab Athenodoro ſibi ſtructas in auctorem vertiſſe criminans. At Macedones regis ſui commilitoniſque caede irritati, arma capiunt. Et edidiſſent horribilem ſtragem, niſi duces monendo orandoque praeferoces animos mitigaſſent. Hos vitae ſuae et incolumitatis auctores de medio tollendos iudicauit Bicon, vt regnum ad ſe ſolidum traheret. Deprehenſus eo in conſilio captusque eſt cum Boxo. Boxum duces impotentis animi illico trucidant: Biconi etiam tormenta erant admouenda, vt mori ſe ſentiret parricida, cum forte militari tumultu perterriti carnifices diſcedunt. Is, ſicut erat nudatus, ad militum fidem confugit, miſerabilique ſpecie mouit, vt incolumis dimitteretur. (10) Ita res in Bactriis conquieuerunt.

XIV.

(9) p. 3. ed. Hudſ. (10) Q. Curtius l. IX. IX. c. 7.

XIV. Defuncto Alexandro, in concilio Macedonum tandem conuenit, vt Arrhidaeus Philippus regnaret, Perdiccas regni procurator eſſet, prouinciae inter duces diuiderentur. His, qui Indis Bactriisque et Sogdianis dati erant praeſides, ſatrapiae ius, quibus quisque finibus tenebat, relictum. Paroniſo monti et Indiae vicini populi Oxyarti, quem Tyriaspi ſucceſſorem dederat Alexander, (1) confirmati ſunt. Indiae intra Hydaspen fluuium et Indum, Porus rex praeerat: reliquam Indiam Macedonicae ditionis Taxiles tenebat: Pithon Agenoris filius proxima Indiae. (2) In diuiſione prouinciarum ad Triparadiſum Philippo Parthyaea data, Aria et Drangiana Staſandro, Bactriana et Sogdiana Staſanori Solienſi, Arachoſia Sibyrtio, Paroniſadae Oxyartae relicti: his finitima India Pythoni data: Poro et Taxili, quae tenebant, ſeruata. (3)

XV. Poſt vbi Macedonum inter ſe discordia immenſi res imperii iactari coeperunt, Sandracotta Indus caput extulit. In quibusdam codicibus eſt Ανδρέκοτος, vt apud Appianum Alexandrinum: et apud Plutarchum Ανδρόκοττος, apud Arrianum in MSS. (4) Σανδράκοττον et Σανδροκότταν Iacobus Gronouius reperit, apud Athenaeum ex Phylarcho eſt Σανδρόκοττος. R. Chriſtophorus Theodoſius Vualther, Miſſionarius dexterrimus in epiſtola ad me: (5) Sandrocotti *regis nomen idem eſt, quod Ieraebus* 1. *Chron.* I. 20. *ſeu* Iarcha *c.* II. 34. *Arabum*

(1) Arrianus p. 253. (2) Dexippus apud Photium p. 116. ed. Hoeſch (3) Arrianus apud Photium p. 127. (4) De expeditione Alexandri p. 203. in Indicis p. 318. (5) Trangambaria 1732. Kal. Dec.

*lum* ابن هلال *Ibn Hilal*, Ἀλιλαῖος *filius Lunae*, *apud Bochartum in Phaleg*. *Tamulice*, *luna*, Sandiren *audit*, *Graendice* Sandraha, *vnde nomen regis Indici*, *vt exiſtimabatur*: *quid autem proprie ſibi velit nominis alterum dimidium* cottus, *Brahmanes noſtri ignorant*. Brahmanes boreales circa Multanum, *lunam* vocant चान्द्रमा: *Tſcha-nderma*, ſeu *Tſchandermaa*. In qua voce, *Tſchander* cum *Sandiren* et *Sandraha* conuenit: nam *maa* videtur Perſicum ماه *mah* eſſe, quemadmodum in vicina Perſis India multa eiusmodi adſcititia vocabula Perſica exſtant. Deinde कोट *koot*, *caſtellum*, *arcem* ſignificat, vt कालाकोट *kaalakoot*, *nigra arx*: nam Thomas Hyde hoc arcis nomen nequidquam tentat ex Perſico explicare. Igitur चान्द्राकोट *Tſchandracoot*, *Sandracottus*, *lunae caſtellum*. Similiter Σισίκοττος apud Arrianum, (6) incomperta adhuc nobis primae vocis ſignificatione. Plutarchus (7) teſtatur, Sandracottam μειράκιον ὄντα, puerum admodum cum Alexandro M. fuiſſe: puta eum dicere adoleſcentem annorum admodum duodeuiginti. Et Iuſtinus vero narrat, (8) humili genere natum, cum Alexandrum procacitate offendiſſet, interfici a rege iuſſum, ſalutem pedum pernicitate quaeſiuiſſe: ex qua fatigatione, cum humi procumbens ſomno capere-

E tur

(6) p. 194 (7) in Alexandro p. 700. (8) l. XV. c. 4.

tur, leonem ingentis magnitudinis ad dormientem acceſſiſſe, ſudoremque ei lingua ſua deterſiſſe: hoc prodigio ad ſpem regni excitum, contractis latronibus, Indos ad res nouandas ſollicitaſſe: molienti deinde bellum contra praefectos Alexandri, elephantum ferum inuſitatae magnitudinis vltro ſeſe obtuliſſe et veluti domitum manſuetudine, eum tergo excepiſſe. *Dux belli*, inquit Iuſtinus, *et praeliator inſignis fuit: ſic acquiſito regno Sandrocottus ea tempeſtate, qua Seleucus futurae magnitudinis fundamenta iaciebat, Indiam poſſidebat.* Item de eodem Iuſtinus, ex quo ſua hauſit Paullus Oroſius: *India poſt mortem Alexandri, veluti a ceruicibus iugo ſeruitutis excuſſo, praefectos eius occiderat: auctor libertatis Sandrocottus fuerat: ſed titulum libertatis poſt victoriam in ſeruitutem verterat, ſiquidem, occupato regno, populum, quem ab externa dominatione vindicauerat, ipſe ſeruitio premebat.* Iuſtino hic vtimur auctore, non vt bono, ſed vt in ceterorum inopia teſtium neceſſario. Humilitas generis mihi in Sandrocotta ſuſpecta eſt, vt illa quoque ſollicitata totius Indiae defectio, denique pro libertate oſtentata turpis ſeruitus. Porus ſane etiam poſtea fidus manſit Macedonibus, et, quamquam Megaſthenes,(9) cum ſub Seleuco rege iam confirmato Aſiae viribus apud Sibyrtium Arachoſiae ſatrapam ageret, hunc Sandracottam, ad quem frequenter commeauit, (10) μέγιςον βασιλέα τῶν Ινδῶν appellauit, tamen Porum eo potentiorem ſcribit fuiſſe. Ergo ſaltem Porus regno non fuit exutus. De-in-

(9) In Indius Arriani p. 318. (10) Arrianus ib. p. 318. et in Alexandri expeditione p. 203.

inde quam Indiam ad defectionem ſollicitare potuit? Prouinciae Macedonum Indicae ad Indum prope Taxilis ditiones fuerunt, at Sandracotta, vt ex Plutarcho intelligo, (1) ad Gangem, quo Alexandri arma non peruenerunt, vltraque in Gandaritis Praſiisque regnauit. Addit Plutarchus, eum cum ſexcentis armatorum millibus vniuerſam Indiam ſubiugaſſe: ſed quid Poro faciemus, etiam poſtea potentiori Sandrocotta? Itaque ea in opinione verſor, Sandracottam collectis Indis, qui ſub Alexandro militauerant, regem Gangeticarum gentium debellaſſe. Id adeo facile fuit: nam apud eundem Plutarchum Sandracottus fertur dixiſſe ſaepe, Alexandrum, ſi Gangem fuiſſet petiturus, haud dubie futurum ſuperiorem, cum rex Indorum διὰ μοχθηρίαν καὶ δυσγένειαν, ob ignobilitatem contemptus et propter improbitatem ſuis eſſet inuiſus. Strabo (2) cum in concurſu Gangis et alterius fluuii τὰ Παλίβοθρα ſita eſſe refert, vrbem ingenti magnitudine, quam Πράσιοι teneant, ita deinde ſcribit: τὸν δὲ βασιλεύοντα δεῖ τῆς πόλεως εἶναι Παλίβοθρον καλούμενον, πρὸς τῷ ἰδίῳ τῷ ἐκ γενετῆς ὀνόματι, καθάπερ τὸν Σανδρόκοττον, πρὸς ὃν ἧκεν ὁ Μεγασθένης πεμφθείς. *Regem ea in vrbe oportet eſſe, qui Palibothrus dicatur, praeter nomen, quod a natalibus habet proprium, ſicuti Sandrocottus fuit, ad quem Megaſthenes peruenit legatus.* Id hunc in modum explicat, vt apud Parthos Arſacis nomen cuique regum tribuatur, qui praeterea vel Orodes, vel Phraates, vel aliter ſit appel-



(1) In Alexandro p. 699. et 700 (2) p. 483. Geographo Rauennati p. 42. *Palibotra.*

latus. Haud fere dubito, alteram compoſitae vocis Παλιβόθρος, ſeu Παλι, ſeu Πόλι, regis nomen fuiſſe, alteram eſſe Brahmanicum पोत्रा *potra*, *nepos*. Non igitur a Palibothro ſeu Polibothro vrbe ſunt dicti, ſed a *Palo* aliquo rege, *Pali nepotes*. Vrbem autem illam e contrario पालिपथरो *Palipat-bur*, *Pali lapidem* nuncupatam cenſeo. Huius ſitum vrbis, quam Geographus Rauennas Sericae accenſet, de quo errore alibi dicam, Χρηστομαθεῖαι ἐκ τῶν Στράβωνος (3) quaſi digito nobis demonſtrant: Gangem a montibus auſtrum petere, vbi campeſtrem regionem attigit, diuergere in orientem vsque ad vrbem maximam Παλιβοθρα, inde iam conſtanti curſu meridiem verſus ferri, donec exoneretur in mari Erythraeo. Ceterum Arrianus tradit, (4) Indos a Dionyſo ad Sandracottam numerare 153 reges, annos 6042. Nos, qui ex Graecis aetatem Bacchi ſic ſatis definire poſſumus, hanc illorum infantilem vanitatem vix aequis auribus accipimus. Iam, cum Seleucus iis temporibus, quibus Sandracotta fuit, Babyloniam tenens et Perſiam omnem, Bactrianos autem, qui defecerant, teſte Iuſtino, (5) deuiciſſet, opportunum viſum eſt praepotenti victori, vt Sandracottam in ordinem redigeret. Hic ille ſine dubio tam Pori, quam Taxilis opibus contra aemulum vſus, res maximas geſſit, quae nunc caliginoſa teguntur nocte. Plinius (6) tantummodo magnitudinem iſtarum rerum quaſi dimenſus eſt nobis. Nam poſt-

(3) p. 193. (4) p. 323. (5) l. c. (6) l. VI. c. 17.

quam Hyphaſin Alexandri itinerum terminum fuiſſe dixit, ita fatus eſt: *Reliqua inde Seleuco Nicatori peragrata ſunt: ad Heſidrum CLXVIII millia: Iomanem amnem tantundem: exemplaria aliqua adiiciunt quinque millia paſſuum: inde ad Gangem CXII millia: ad Rhodapham CXIX millia, alii CCCXXV millia in hoc ſpatio produnt: ad Calinipaxa oppidum CLXVII alii CCLXV millia: inde ad confluentem Iomanis amnis et Gangis* ɔcxxv *millia, plerique adiiciunt* XIII. *millia; ad oppidumque Palibothra CCCCXXV: ad oſtium Gangis* ɔcxxxviii. *millia paſſuum.* Vides quam longinqua fuerit Seleuci militia, Sandrocotta cum per omnem fere Indiam circumducente. Qua fortunae varietate bellatum fuerit, non inuenio, tantummodo, quod Seleucus cum Sandrocotta pacem inierit, id nobis argumento eſt, praeualidas adhuc illius vires fuiſſe. Nam Seleucum, cum illo bello diſtrictus eſſet, Antigoni potentia magis aduertebat, vt pace cum Sandracotta inita, contra illum duceret. Iuſtinus: *Seleucus cum Sandrocotta facta pactione compoſitisque in oriente rebus in bellum Antigoni deſcendit.* Plutarchus teſtatur, (5) Sandracottum illo in foedere pacis quingentos elephantos dono dediſſe Seleuco. Sic autem ait: Ἀνδρόκοττος ὕστερον οὐ πολλῷ βασιλεύσας, Σελεύκῳ πεντακοσίους ἐλέφαντας ἐδωρήσατο καὶ στρατοῦ μυριάσιν ἑξήκοντα τὴν Ἰνδικὴν ἐπῆλθεν ἅπασαν καταστρεφόμενος, *Androcottus qui haud multo poſt* ( poſt bellum dicit ab Alexandro in India geſtum ) *regnauit, Seleuco quingentos elephantas do-*



(5) In Alexandro p. 699.

*dono dedit et cum ſexcentum millium exercitu Indiam obiit, vniuerſamque occupauit.* Phylarchus, in libris credo hiſtoriarum, (6) memoriae prodidit: Σανδρόκοττον τὸν Ἰνδῶν βασιλέα Σελεύκῳ μεθ' ὧν ἔπεμψε δώρων, ἀποστελεῖν τινὰς δυνάμεις στυτικάς. κ. τ. λ. *Sandrocottum Indorum regem Seleuco, cum ceteris, quae miſit muneribus, ſimul, ſiue herbas,* (vt Caſaubonus cenſuit) *aptas natas ad incendendam libidinem, ſiue aliquam aliam tali vi medicinam miſiſſe*, nam δυνάμεις στυτικαὶ vtroque modo explicari poſſunt.

## XVI.

Nunc nos primum chronologiae regum Graecorum in Bactriana canonem hic ponemus, qualem diligenti inueſtigatione perfecimus, deinde de origine eius regni ſatisque ſub ſingulis regibus dicemus.

| Ante C N. a Kal Ian. Iulian. | A. V. C. | Olymp. | A. Seleuc. a Sept. | A. Ep. Bactrian. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 255 | 499 | | | | |
| | | 131 2 | 58 | 1 | I. THEODOTVS regni Bactriani conditor. |
| 254 | 500 | | | | |
| | | 3 | 59 | 2 | |
| 253 | 501 | | | | |
| | | 4 | 60 | 3 | |
| 252 | 502 | | | | |
| | | 132 1 | 61 | 4 | |
| 251 | 503 | | | | |
| | | 2 | 62 | 5 | |
| 250 | 504 | | | | |
| | | 3 | 63 | 6 | Parthorum primi tumultus et prima eorum epocha. |

250

(6) Apud Athenaeum. p. 18.

| Ante C. N. | A. V. C. | Olymp. | A. Sel. | A. Ep. Bactrian. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 249 | 505 | 4 | 64 | 7 | |
| 248 | 506 | 133 1 | 65 | 8 | |
| 247 | 507 | 2 | 66 | 9 | Altera epocha Parthici regni. |
| 246 | 508 | 3 | 67 | 10 | |
| 245 | 509 | 4 | 68 | 11 | |
| 244 | 510 | 134 1 | 69 | 12 | Arſaces Hyrcaniam occupat. Arſaces contra Theodotum regem bellum parat. |
| 243 | 511 | 2 | 70 | 13 | II. THEODOTVS THEODOTI. F. pacem facit cum |
| 242 | 512 | 3 | 71 | 14 | Parthis. |
| 241 | 513 | 4 | 72 | 15 | Arſaces Seleuco Callinico inuadente fugit. Seleucus Callinitus vincitur. |
| 240 | 514 | 135 1 | 73 | 16 | Tertia epocha Parthici regni. |
| 239 | 515 | 2 | 74 | 17 | Attalus Pergamenus regnure incipit in regni Aſia. |
| 238 | 516 | 3 | 75 | 18 | |
| 237 | 517 | 4 | 76 | 19 | |
| 236 | 518 | 136 1 | 77 | 20 | |
| 235 | 519 | 2 | 78 | 21 | |
| 234 | 520 | 3 | 79 | 22 | |
| 233 | 521 | 4 | 80 | 23 | |
| 232 | 522 | 137 1 | 81 | 24 | |
| 231 | 523 | 2 | 82 | 25 | |
| 230 | 524 | 3 | 83 | 26 | |

| Ante C. N. | A. V. C. | Olymp. | | A. Sel. | A. Ep. Bactr. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 229 | 525 | | 4 | 84 | 27 | |
| 228 | 526 | 138 | 1 | 85 | 28 | |
| 227 | 527 | | 2 | 86 | 29 | |
| 226 | 528 | | 3 | 87 | 30 | |
| 225 | 529 | | 4 | 88 | 31 | |
| 224 | 530 | 139 | 1 | 89 | 32 | |
| 223 | 531 | | 2 | 90 | 33 | |
| 222 | 532 | | 3 | 91 | 34 | |
| 221 | 533 | | 4 | 92 | 35 | |
| 220 | 534 | 140 | 1 | 93 | 36 | III. EVTHYDEMVS MAGNESIVS rege euertit |
| 219 | 535 | | 2 | 94 | 37 | Theodotum regem |
| 218 | 536 | | 3 | 95 | 38 | |
| 217 | 537 | | 4 | 96 | 39 | |
| 216 | 538 | 141 | 1 | 97 | 40 | |
| 215 | 539 | | 2 | 98 | 41 | |
| 214 | 540 | | 3 | 99 | 42 | |
| 213 | 541 | | 4 | 100 | 43 | |
| 212 | 542 | 142 | 1 | 101 | 44 | |
| 211 | 543 | | 2 | 102 | 45 | |

210

| Ante C. N. | A. V. C. | Olymp. | | A. Sel. | A. Ep. Bactrian. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 210 | 544 | | 3 | 103 | 46 | Antiochus Magnus contra Parthos res maximas geſſit. |
| 209 | 545 | | 4 | 104 | 47 | Antiochus M. Euthydemum bello petit. |
| 208 | 546 | 143 | 1 | 105 | 48 | |
| 207 | 547 | | 2 | 106 | 49 | |
| 206 | 548 | | 3 | 107 | 50 | Antiochus cum Euthydemo pacem facit. |
| 205 | 549 | | 4 | 108 | 51 | |
| 204 | 550 | 144 | 1 | 109 | 52 | |
| 203 | 551 | | 2 | 110 | 53 | |
| 202 | 552 | | 3 | 111 | 54 | |
| 201 | 553 | | 4 | 112 | 55 | |
| 200 | 554 | 145 | 1 | 113 | 56 | |
| 199 | 555 | | 2 | 114 | 57 | |
| 198 | 556 | | 3 | 115 | 58 | |
| 197 | 557 | | 4 | 116 | 59 | |
| 196 | 558 | 146 | 1 | 117 | 60 | IV. MENANDER rex Indiae et Bactrianae. |
| 195 | 559 | | 2 | 118 | 61 | |
| 194 | 560 | | 3 | 119 | 62 | |
| 193 | 561 | | 4 | 120 | 63 | |
| 192 | 562 | 147 | 1 | 121 | 64 | |
| 191 | 563 | | 2 | 122 | 65 | |

| Ante C. N. | A. V. C. | Olymp | A. Sel | A. Ep. Bactrian. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 190 | 564 | 3 | 123 | 66 | |
| 189 | 565 | 4 | 124 | 67 | |
| 188 | 566 | 148 1 | 125 | 68 | |
| 187 | 567 | 2 | 126 | 69 | |
| 186 | 568 | 3 | 127 | 70 | |
| 185 | 569 | 4 | 128 | 71 | |
| 184 | 570 | 149 1 | 129 | 72 | |
| 183 | 571 | 2 | 130 | 73 | |
| 182 | 572 | 3 | 131 | 74 | |
| 181 | 573 | 4 | 132 | 75 | V. EVCRATIDES |
| 180 | 574 | 150 1 | 133 | 76 | |
| 179 | 575 | 2 | 134 | 77 | |
| 178 | 576 | 3 | 135 | 78 | |
| 177 | 577 | 4 | 136 | 79 | |
| 176 | 578 | 151 1 | 137 | 80 | |
| 175 | 579 | 2 | 138 | 81 | |
| 174 | 580 | 3 | 139 | 82 | |
| 173 | 581 | 4 | 140 | 83 | |
| 172 | 582 | 152 1 | 141 | 84 | |
| 171 | 583 | 2 | 142 | 85 | |

| Ante C N. | A V. C | Olymp. | | A. Sel. | A. Ep. Ba ctr. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| 170 | 584 | | 3 | 143 | 86 | |
| 169 | 585 | | 4 | 144 | 87 | |
| 168 | 586 | 153 | 1 | 145 | 88 | |
| 167 | 587 | | 2 | 146 | 89 | |
| 166 | 588 | | 3 | 147 | 90 | |
| 165 | 589 | | 4 | 148 | 91 | |
| 164 | 590 | 154 | 1 | 149 | 92 | |
| 163 | 591 | | 2 | 150 | 93 | |
| 162 | 592 | | 3 | 151 | 94 | |
| 161 | 593 | | 4 | 152 | 95 | |
| 160 | 594 | 155 | 1 | 153 | 96 | |
| 159 | 595 | | 2 | 154 | 97 | |
| 158 | 596 | | 3 | 155 | 98 | |
| 157 | 597 | | 4 | 156 | 99 | |
| 156 | 598 | 156 | 1 | 157 | 100 | |
| 155 | 599 | | 2 | 158 | 101 | |
| 154 | 600 | | 3 | 159 | 102 | |
| 153 | 601 | | 4 | 160 | 103 | |
| 152 | 602 | 157 | 1 | 161 | 104 | Mithridates Parthus Mediam Hyrcaniam et Elymaida occupat. |

| Ante C. N. | A. V. C. | Olymp. | A. Sel. | A. Ep. Bactrian. | |
|---|---|---|---|---|---|
| 151 | 603 | 2 | 162 | 105 | |
| 150 | 604 | 3 | 163 | 106 | |
| 149 | 605 | 4 | 164 | 107 | |
| 148 | 606 | 158 1 | 165 | 108 | Eucratidis numus cuſus. |
| 147 | 607 | 2 | 166 | 109 | Finis belli Indici |
| 146 | 608 | 3 | 167 | 110 | VI. EVCRATIDES EVCRATIDIS F. |
| 145 | 609 | 4 | 168 | 111 | |
| 144 | 610 | 159 1 | 169 | 112 | |
| 143 | 611 | 2 | 170 | 113 | |
| 142 | 612 | 3 | 171 | 114 | |
| 141 | 613 | 4 | 172 | 115 | Demetrius Nicator a Parthis captus |
| 140 | 614 | 160 1 | 173 | 116 | |
| 139 | 615 | 2 | 174 | 117 | |
| 138 | 616 | 3 | 175 | 118 | |
| 137 | 617 | 4 | 176 | 119 | |
| 136 | 618 | 161 1 | 177 | 120 | Mithridates M. rex Parthorum videtur obiiſſe. |
| 135 | 619 | 2 | 178 | 121 | |
| 134 | 620 | 3 | 179 | 122 | |

XVII.

XVII. THEODOTVS regnum Bactrianum inſtituit. Trogi Pompeii prologus primus et quadrageſimus: *Bactrianas res a Diudoto conſtitutas dicit. Diudotus*, Διόδοτος, *Diodotus*, apud Strabonem. Pro θεὸς quidam δῖος, vt Homerus δῖον ἀντὶ τȣ̃ θεῖȣ frequenter. Nempe et Δίος κύριον exſtat. (1) Numum aeneum vidi cum virili capite et leniter barbato, vt opinor, Herculis. In auerſa, claua intra lauream, cum titulo ΔΙΟ. ΔΙΟΥ. Δίος Δίȣ. Sic Θεοκλῆς et Διοκλῆς. Eſt quoque Διόσδοτος apud Heſychium, cuius exemplum nominis in priſcis monumentis nondum obſeruaui. Iuſtino *Theodotus*, vt ille Theodotus Smyrnenſis apud Vitruuium, (*) cuius in fundo creta viridis reperta eſt, quae inde θεοδότιον appellata. Graecum hominem fuiſſe, non Macedonem tamen genere, vt erant Seleucidae, ex eorum teſtimonio ſcriptorum concludo, qui de his rebus aliquid memoriae prodiderunt. Nam vniuerſi et Graecos appellant hos reges Bactrios et a Macedonibus nominatim diſtinguunt. Vnius Euthydemi regis patriam edunt Magneſiam: de ceteris nihil inuenio, niſi quod ad ſuſpicandum procliuis ſum, ex Graecis in Aſia coloniis etiam ceteros fuiſſe. Hic nobis iam inde a principio Ioannes Vaillantius in Annalibus Arſacidarum ſeſe opponit, qui ante Theodotum, Euthydemum regni auctorem inducit. Teſtem citat Strabonem: is autem ita fatus eſt: (2) Νεωτερισθέντων δὲ τῶν ἔξω τȣ̃ Ταύρȣ διὰ τὸ πρὸς ἀλλήλοις εἶναι τȣ̀ς τῆς Συρίας καὶ

Tabula I. Fig. 2.

F 3 τῆς

(1) Videatur Suidas in Διος (*) l. VII. c. 7. p. 139. (2) p. 354.

τῆς Μηδείας βασιλέας, τοὺς ἔχοντας καὶ ταῦτα, πρῶ-τον μὲν τὴν Βακτριανὴν ἀπέστησαν οἱ πεπιστευμένοι (καὶ τὴν ἐγγὺς αὐτῆς πᾶσαν οἱ περὶ Εὐθύδημον) ἔπειτα Ἀρσάκης ἀνὴρ Σκύθης τῶν Δάων ἔχων τινὰς Πάρνους, καλουμένους Νομάδας, παροικοῦντας τὸν Ὀχον ἐπῆλθεν ἐπὶ τὴν Παρθυαίαν καὶ ἐκράτησεν αὐτῆς. Si verſio-nem Guilielmi Xylandri videas, recte ſenſit Valens: *ce-terum rebus extra Taurum nouatis, quod Syriae et Me-diae reges diſſiderent, quibus iſtae regiones parebant: primum Euthydemus et omnem viciniam ad defectionem pertraxit.* Hoc autem Strabo non dixit. Ita enim ait: *Rebus in Aſia extra Taurum nouatis, quod ſibi mutuo aduerſarentur Syriae Mediaeque reges, qui iſta quoque loca tenebant, primum quidem Bactrianen illi, quo-rum fidei tradita fuit, ad defectionem inclinarunt, (tum etiam regionem omnem vicinam Euthydemus:) poſtea Arſa-ces Scytha, qui Dahas quosdam regebat, Parnos in-quam, cognomine Nomadas, prope Ochum colentes, Par-thiam inuaſit et occupauit.* Nimirum Theodotum dicit illum, qui Bactrianam fidei ſuae commiſſam ad defe-ctionem traxerit: Euthydemum deinde huic regno etiam vicinam Indiam adieciſſe, ὡς ἐν παρενθέσει, monet: Arſacen autem non poſt Euthydemum ſcribit res Parthi-cas mouiſſe, ſed poſt illum primum defectionis Bactria-nae auctorem. Ita omnia alia poſtulant vt plane ſta-tuamus: nam Strabo heic obſcurus profecto, vt ſaepe alias, et diuerſas res non definite complexus, alibi nos in viam reducit. Notam temporis vero quam ponit, non in Theodotum, ſed multo poſt in Euthydemum con-

conuenire, infra demonſtrabo. Theodotum mille vrbium praefectum fuiſſe Iuſtinus commemorat. (3) Apollodorus autem in Parthicis, (4) Eucratiden aucto multis bellis imperio tot vrbium poteſtatem habuiſſe, auctor eſt, quod referri crediquc aequiori animo patiar, quam inde vsque a principio Theodotum a regibus Syriae tot vrbibus praefectum fuiſſe.

XVIII. Poſtquam Theodotus ſe Macedonasque colonos et Graecos in libertatem aſſeruerat, exemplum eius ſecutus eſt Arſaces Parthus. Nam Bactrios ante Parthos caput extuliſſe et Iuſtinus e Trogo Pompeio et Strabo, illo loco, quem modo produxi, teſtantur. Sed Strabo alibi dilucidius: (5) Οἱ δὲ Βακτριανὸν λέγουσιν Ἀρσάκην, Φεύγοντα δὲ τὴν αὔξησιν τῶν περὶ Διόδοτον ἀποστῆσαι τὴν Παρθυαίαν, *ſunt, qui memoriae tradant, Arſacen Bactrianum fuiſſe, atque auctae in dies potentiae Diodoti ceſſiſſe et ad defectionem perduxiſſe Parthyaeam.* At Georgius Syncellus (6) Arſacen Bactriis vindicat tamquam ſatrapam, qui cum Teridate fratre ab Artaxerxe Perſarum rege genus duxerit, ἐσατράπευον δὲ Βακτρίων ἐπὶ Ἀγαθοκλέους Μακέδονος ἐπάρχου τῆς Περσικῆς, *ſatrapae Bactriorum fuerunt ſub Agathocle Macedone praeſide Perſiae.* Hoc loco teſtem citat Syncellus Arrianum. Arrianus vero in Parthicis apud Photium (7) τοῦ Φριαπίτου ἀπογόνους fuiſſe prodidit. Hoc citius crediderim. Reliqui cum apud Cteſiam (8) legerent, Artaxer-

(3) l. XLI. 4. (4) Apud Strabonem p. 472. (6) p. 284. ed. Paris. Hunc locum Ioſephus Scaliger ex Syncello Excerptis Euſebianis inſeruit p. 68. (7) p. 24. ed. Hoeſch. (8) In fragmentis Perſicis p. 652. ed. Gron.

taxerxem Mnemona primum fuiſſe Arſacen dictum, illius nominis cauſſa iſthuc commenti fuiſſe videntur Arſacis ab Artaxerxe rege genus. Pro ea tamen opinione Ioannes Valens quoque tendit et praeterea aurum Darii Hyſtaspis *Arſaa* producit. Sed quid haec ad cauſſam faciant, non inuenio. Neque enim, qui idem in Perſis nomen geſſerunt, idcirco ex vna atque eadem fuerunt domo. Non poterat Arſaces ex Artaxerxis Memnonis poſteritate eſſe, cum Ochus regiam domum internecione deleuerit. (9) Atque vt ille hoc parricidio inſidias occupare ſibi eſt viſus, ita eas Artaxerxes pater aduerſum ſe comparatas, nece Darii, coniugum liberorumque vindicauerat. (10) Quamquam autem Ochus quoque Artaxerxis nomen geſſit, teſte Diodoro Siculo, tamen neque is felicior fuit pater, vt deleta domo regia Codomannus quidam ex praefectura Armeniae a populo ad regnum vocaretur, Ocho defuncto. Si quid regii ſanguinis in Arſace fuit, neceſſe eſt, vt ex filiarum regiarum aliqua genus duxerit, quae in domo nupſerit Parthica et tot inſidiis ſuperſtites reliquerit poſteros. *Phriapitus* autem Arriani et Parthicum nomen fuit et Perſicum. Xenophon (1) *Parapitan* Perſicam mulierem commemorat: atque in Parthicis regibus e ſobole Arſacis eſt *Priapatius* apud Iuſtinum. Cum ἀπογόνους Phriapati Arrianus dicit, ſic ait: Ἀρσάκης καὶ Τηριδάτης ἤστην ἀδελφὼ Ἀρσακίδαι, τοῦ υἱοῦ Ἀρσάκου, τοῦ Φριαπίτου ἀπόγονοι. Vaillantius emendat υἱὼ Ἀρσάκου: ego vero Ἀρ-

(9) Iuſtinus l. X. c. 3. (10) ib. c. 2. (1) In Hellanicis l. IV. c. 18. p. 202. ed. Oxon.

Ἀρσακίδαι primum inducendum eſſe arbitror, deinde vt ille ſere, ὑιῷ τȣ̃ Ἀρσάκȣ. *Arſaces et Teridates erant fratres, filii Arſacis, Phriapiti nepotes.* Caue autem Syncello credas, Bactriorum fuiſſe ſatrapam Arſacen, caue item Straboni, ex Bactrio populo genus duxiſſe. Nam, cum alia clariſſime demonſtrent, Theodotum Bactriorum praefectum fuiſſe, tum Parthum fuiſſe genere Arſacen, et alii ſcriptores Graeci confirmant et ex Armenis Moſes Chorenenſis. (2) Quem autem Georgius Syncellus Agathoclen Perſiae praeſidem dicit, ſub quo ſatrapae Bactriorum fuerint, quemue poſtea occiderint Arſaces et Teridates? Arrianus, quo haec auctore tradit Georgius, praefectum Parthorum, quem Arſaces occidit, Φερεκλέα vocat. Et Parthos dicere voluiſſe Georgium, ex loco illo ſane apparet, ſed *Perſarum praefectum* dixit, quod eius aetate hoc nomen eſſet celebrius, poſtquam Arſacidarum genere extincto, ſuam in nationem regium faſtigium nomenque imperii poſtliminio receperant Perſae. Iuſtinus tertium nomen huius praefecti edidit *Andragoram*, qui memoriae error fuit, quod inuenerat, Parthis ab Alexandro M. praefectum datum ex nobilitate Perſica Andragoram. (3) Nimis hoc Graece ſonat et Arrianus (4) econtrario Ἀμμυνάπην Παρθυαῖον, aut, vt in quibusdam codicibus eſt, Ἀμμινάτην, Parthis atque Hyrcanis praeſidem datum ſcripſit. Quocumque autem ille Parthorum ſatrapa fuerit nomine, quo occiſo, Arſaces Parthos ad libertatem vocauit, non potuit tamen idem ſatra-



(2) p. 30. ſeqv. (3) Iuſtinus L. XII. c. 4. (4) p. 136. ed. Gron.

trapa etiam Bactrios habere dicto audientes, vt Gregorius Syncellus poſtulat. Famam autem de ſatrapia Arſacis et Teridatis Bactriana ortam inde eſſe colligo, quod ἔπαρχοι τῆς Χώρας ſub Theodoto praefecto fuerint: ab eo autem vexatos, cum a Syriae rege deficere nollent, neque poſſent Theodoto reſiſtere, fugiſſe arbitror in Parthiam et per occaſionem iniuriae acceptae, interempto praefecto, patriam in libertatem aſſeruiſſe. Nam ita Strabonis (5) auctores prodidiſſe opinor, qui Arſacen Parnis, Dahici corporis populo rectorem fuiſſe ſcripſerunt. Dahae ad Oxum et Chorasmiis et Bactriis vicini fuerunt, inde ad Caſpium pertinuerunt mare. Itaque in curſu illo victoriarum non poterat eos intactos relinquere Theodotus, qui, ſi a Syriae regibus inuaderetur, in bellicoſiſſimo Dahico nomine, ſeu hoſtes eosdem a tergo haberet, ſeu fidei ſuae deuinctos, quantum momenti eſſet, videbat. Theodotus ſatis iam potens erat in oriente, cum res nouas in Parthia moliretur Arſaces. Hoc igitur mirabile viſum Trogo Pompeio (6) in Arſace, *inter opulentiſſimum mille vrbium Bactrianum imperium, emergere potuiſſe.* Ammianus Marcellinus: (7) *Bactriani, natio antehac bellatrix et potentiſſima Perſisque ſemper infeſta, antequam circumpoſitos populos omnes ad ditionem gentilitatemque traherent nominis ſui, quam rexere veteribus ſeculis etiam Arſaci formidabiles reges.* Videtur ſane ex Trogo haec accepiſſe Ammianus, quae oratorum argute dictis magis ſunt apta, quam rerum geſtarum momenta ſine

(5) p. 354. loco ſupra citato. (6) Apud Iuſtinum l. XLI. 1. (7) l. XXIII. c. 6.

ſine leuitate tamquam in iudicio reſpicientibus. Satis enim videtur occupatus fuiſſe Theodotus cum tuendis iis, quae virtute peperiſſet, tum paullatim augendis, quam vt recenti regno nondum confirmato Arſacen cohiberet, hocque ipſum Arſaces ad audendum aliquid in Parthia, ſpectaſſe videtur. Tum, vt ſupra iam dixi, mille vrbium imperium non ita aequo animo tribuerim huic Theodoto, quando Apollodorus tantumdem adſcripſit Eucratidi, qui multo poſt et ſtabilito iam regno et adaucto, Bactriorum rex fuit.

XIX. Iam cum Bactrii res ſuas ante Parthos ordinarunt, conſtituenda a nobis primum eſt Parthorum epocha. Iuſtinus ſcribit: *Parthi defecere primo Punico bello, L. Manlio Vulſone, M. Atilio Regulo Coſſ.* (8) Ioannes Valens (9) locum illum ſtrictim ſecutus eſt et initium epochae Parthicae cum A. V. C. 498. colligauit, quo anno hi ſane Coſſ. fuere. Mihi vero Iuſtinus potius videtur ſcripſiſſe, L. Manlio Vulſone, C. Atilio Regulo Coſſ. qui A. V. C. 504 fuerunt, magiſtratum autem, vt Henricus Doduellus ſtatuit iis temporibus fuiſſe, (10) Maio menſe inierunt, Olymp. CXXXII. 2 procedente. Nam τῶν Ολυμπιονίκων Συναγωγὴ a Ioſepho Scaligero edita, poſtquam ad Olymp. CXXXII. 1. annum alia retuliſſet, ſubiungit denique, τότε καὶ Αρσάκης ὁ Πάρθος κατά τινας τῶν Μακεδόνων ἀπέςη, *tunc etiam Arſaces Parthus ex quorundam ſententia a Macedonibus*

 *de-*

(8) l. XLI. c. 4. (9) In hiſtoria regum Parthorum p. 4. (10) In veteribus cyclis p. 545. ſeq.

*defecit*. Scaliger ex deprauato codice Pariſino, quem Iſaacus Caſaubonus cum eo communicauerat, perperam edidit Αρβάκης. Alio loco iam oſtendi, me certis induci rationibus vt credam, haec Olympionica primum ab Ariſtotele digeſta fuiſſe, deinde ab Eratoſthene Cyrenaeo aucta continuataque a Phlegonte Tralliano et Iulio Africano, vt eius libelli auctoritas apud me fiat plurimi. De Parthis illa hic auctor ponit poſt Carthaginienſes ad Panormum a L. Caecilio Metello ſuperatos. Superati ſunt, quod ex Polybio conſtat, (1) paullo poſt Maium menſem A. V. C. 504 cum noui Coſſ. nondum profecti eſſent in prouincias. Itaque is auctor plane nobis eosdem reſpicere Coſſ. iubet, quos a Iuſtino edi diximus, tamquam initiis Parthicis aequales. Quod autem ſuperiori Olympiadis anno res illas Olympionicon ſcriptor inſerit, eius videlicet erroris cauſſa deprehenſa tenetur, cum L. Caecilii Metelli victoriam conſulatui illius inſcribi oportere credidit, quod Dionyſium Petauium quoque fefellit, Polybio refragante, quamquam Petauius tamen deinde Euſebium ſecutus, Arſacis defectionem cum A. V. C. 504. vt nos fecimus, deuinxit. Suidas (2) auctorem habuit, Arſacen anno 293 regno fuiſſe potitum. Ab initiis Cyri, ſicuti alibi ea conſtituimus, ad Olymp. CXXXII. 2. anni Iuliani ſunt 310. A Graecis vero initia Cyri poſt Babylonem captam poni Henricus Doduellus obſeruauit, (3) et vt ipſe opinatus eſt, poſt Olympiadem LX. Ita ex eius ſententia inde vsque ad Olymp. CXXXII. 2. anni

(1) p. 41. ed. Caſaubon. (2) In Αρσάκης (3) l. c. p. 115.

anni Iuliani expleti fuerunt 286. aut, cum anni Nabonaſſarei ſine dubio hic intelligendi ſint, anni propemodum 288, vt detrahantur de ſumma annorum 293. anni ſex. Sed annus Babylonis captae, omnium rerum a Cyro geſtarum obſcuriſſimus, nulla arte ſic definiri potuit, vt non inſignis metuenda eſſet hallucinatio: deinde non ſatis apparet, alteramne potius Parthorum epocham Suidae auctor reſpexerit, de qua nunc dictum ſumus.

XX. Nam iisdem in Olympionicis aliam famam ad Olymp. CXXXIII. 1. proditam memoriae inuenio. Πάρθοι κατά τινας, Μακεδόνων ἀπέστησαν, καὶ πρῶτος ἐβασίλευσεν Ἀρσάκης, ὅθεν Ἀρσακίδαι, *Parthi, vt quidam tradunt, a Macedonibus deſciuerunt, primusque in iis regnauit Arſaces, vnde Arſacidae dicti.* Haec Euſebium quoque puto ſcripſiſſe iisdem verbis, non vero illis, quae Scaliger ex Georgio Syncello recepit in Canonem. Recte tamen Ioſephus Scaliger locum hunc ad Olymp. CXXXIII. 1. appoſuit, ad quem annum Euſebius ex auctorum ſuorum ſententia ediderat: orta deinde in Hieronymianis exemplaribus vnius anni confuſio eſt. Etiam Appianus Alexandrinus (4) et Iuſtinus de hac fama inaudiuerunt. Is enim Parthos a Seleuco Callinico defeciſſe ſcripſit, eo quidem tempore, cum contra Ptolemaeum Euergeten bellum gereret: hic autem, iis quidem conſulibus defeciſſe, quos ſupra nominaui, attamen a Seleuci Nicatoris pronepote. Hic vero eſt Seleucus Callinicus, qui anno Olympiadis CXXXIII. 2. regnare



(4) p. 211. ed. Tollii.

coepit. Iuſtinus igitur duos ſcriptores et diuerſos vno tenore ſecutus et res et tempora permiſcuit imprudens. Nam in tantarum molimine rerum anni diuerſi tamquam principes libertatis Parthorum inſigniri potuerunt. Fuerint illa, quae diximus, prima libertatis adſertae initia, hic autem annus inſigni aliquo confirmatae libertatis caſu ad maiorem ſpem excelluit. Sane, initio ſecundi anni Olympiadis CXXXIII. Antiochus Theos ſupremum diem obiit, Seleucus ſucceſſit: et ſolent fere ſcriptores Graeci externas et longinquas res, modo paullo ante, modo poſt annum aliquem, in quo Graecas et Romanas prodiderunt ponere, vt quid quouis loco ſtatui oporteat, coniecturae committendum ſit. Haec apud me ſuſpicionem rerum maiorum, quae obliuione ſepultae ſint, mouerunt. Edam nunc rationes, quae me etiam magis impulerunt eam in ſententiam, Antiochum a Parthis fuiſſe caeſum. Appianus Alexandrinus (5) veneno ſublatum ſcribit a Laodice coniuge. Iuſtinus (6) et Polyaenus (7) mortis genus non attingunt. Plinius (8) *necatum* ſcribit, vt non tantummodo muliebris fraus intelligi queat, ſed etiam hoſtilis clades. Valerius Maximus (9) *Laodice vxor Antiochi, interfecto viro, diſſimulandi ſceleris gratia, in lectulo collocauit Artemonem.* Sed pluribus verbis ordinem inſidiarum omnem expoſuit Hieronymus in Danielem. (10) Sunt autem hac in parte hiſtoriae Syriacae omnia perobſcura et potuit dolus Laodices, quo Antiochi ex Berenice filius circumuentus eſt, aliquam turbandae occaſionem

(5) p. 210. (6) l. XXVII. c. 1. (7) L. VIII. in Laodice. (8) l. VII. c. 12. (9) l. IX. c. 14. (10) ead. cap. XI. v. 6.

nem hiſtoriae praebere. Cognoſce mihi, quae Athenaeus ex Poſidonio Apameenſi adfert. (1) Cum Athenaeus dixiſſet de Antiocho Epiphane, Φιλοπότης δ'ἦν, inquit, καὶ ὁ ὁμώνυμος αὐτῷ Ἀντίοχος, *ebrioſus etiam fuit alter eiusdem nominis Antiochus.* Non dicit filium aut ſucceſſorem, vt poſſis intelligere de Eupatore. Tum vero ait: is Antiochus, qui contra Arſacen in Media bellum geſſit et quem interfectum cum ſepulturae commendaret Arſaces, dixit: ἔσφηλέ σε Ἀντίοχε θάρσος καὶ μέθη, *fefellit te Antioche audacia et crapula.* Ioannes Vaillantius haec ad Antiochum Euergeten refert, qui vtique in praelio contra Parthos cecidit et vel Iuſtino teſte, a rege Parthorum ſepulturae honore dignatus eſt. Contra velim vt conſideres, Poſidonium, teſte Athenaeo, de Antiocho Epiphane, libro egiſſe ſexto et viceſimo, haec autem de altero Antiocho apud Athenaeum ex illius decimo et ſexto citari. Tanto interuallo librorum, Antiochi Thei et Epiphanis vitae ſeiungi potuerunt, vbi ſatis et rerum et temporis interceſſit, quibus Poſidonius totos decem libros expleret. De Euergete autem, qui poſt Epiphanem fuit, tot libris ante, Poſidonium verba feciſſe, quis credat? Ex eodem ſexto et decimo libro Athenaeus de Seleuco Callinico Thei filio a Parthis capto egit, vt appareat, Poſidonium eodem libro et patris extrema et filii res comprehendiſſe. Habes auctorem cum primis grauem, qui me, in quam opinionem perduxerit, vides. Equidem obſtinate pugnare

(1) Hoc loco Athenaei vſus videtur Aelianus in V. Hiſt. litt. II. c. 41.

gnare nolim, quando praeſertim Hieronymi auctoritatem reuereor, ſed tolle tu prior mihi hunc ſcrupulum. Vtcumque hoc ſit, in morte Antiochi atque in illa domus eius perturbatione, quando etiam ab Aegypto metuebant Syri, aliquid magnae rei contigiſſe videtur, vt Parthi tamquam noua ea regni ſui principia reputarent.

XXI. Nunc eſt neceſſe, vt initia Bactriani regni ante A. V. C. 504 et ante Olympiadis CXXXII. 2. annum, quae prima Parthici regni initia ſunt, collocemus. Neque excedere poſſumus A. V. C. 493. quoniam intra Antiochi Thei tempora contineri nos oportet, *quem* Hieronymus narrat, *aduerſus Ptolemaeum Philadelphum geſſiſſe bella quam plurima et totis Babylonis atque Orientis viribus dimicauiſſe*, vt initio iſtius belli Bactrios adhuc in poteſtate Antiochi fuiſſe appareat. Neque ita multo ante Arſacis molimina Theodotus videtur defeciſſe, quando res ita narrantur geſtae, vt paullo poſt principium motuum Bactrianorum, Arſacen fugiſſe oportuerit ad Parthos, valido tamen iam Theodoto, ita vt a Dahis ſuſtineri non poſſet. In Parthia vero ad res nouandas tempore opus fuit Arſaci, vt ciuium ſuorum animos ſeruitutis diuturnae memores fiducia ſui impleret. Ponimus inter initia Bactriani regni Parthicique, interuallum quatuor annorum, vt primus annus epochae Bactrianae ab A. V. C. 499. procedat. Altius deinde adſcendere nequeo, propter annum 108. epochae Bactrianae in numo Eucratidis regis notatum, quem res in India geſtae non ſinunt ſupra A. V. C.

606

606 inſeri, vt infra dicam commodius. Hic vnicus numus epocham certam Bactrianam fuiſſe declarat, ab inſigni Graeci regni apud Bactrios exordio. Forma anni in hac epocha ſine dubio fuit eadem, quae in Seleucidaca, ſecundum Metonicas rationes, introducta primum apud Bactrios et Indos a praefectis Seleucidarum. Nam eandem formam Parthi quoque ſeruarunt, quorum in numis etiam menſes ΓΟΡΠΙΑΙΟΣ et ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΣ ſignati ſunt. Sed de Bactriis magis adhuc nos confirmat Vlugbegus et ante eum Naſſireddin Ettuſaeus, quem ille regionum ad Oxum Princeps ſuppilauit. Nam omnium regionum ſupra Indiam rationem tempora computandi recenſentes, Metonicam eam eſſe nobis declarant. Sed de hac re infra dicam, hic paucis monenda iſta duxi, vt iam inde a principio lectores noſtri ſentirent, quemadmodum annos Bactrianae epochae cum annis Seleucidaeis colligari oporteat. Ceterum illud maxime tempus ad defectionem opportunum fuit Theodoto, cum Antiochus Theos bello eſſet diſtrictus cum Ptolemaeo Philadelpho.

XXII. Cum autem res a Theodoto rege bello geſtae, quas fuiſſe oportet maximas, ſub monumentorum ruina ſepultae iacent, liceat nobis ad eundem referre, quae de ſtatu regni Bactriani ordinato Strabo ſcripſit: (1) neque enim video, ad quem alium magis regem pertinere queant. Οι δὲ κατασχόντες ἀυτὴν (τὴν Βακτριανὴν) Ελληνες, καὶ εἰς σατραπείας διῃρήκασιν. ὧν τήν τε Ασπιώνου, καὶ τὴν Τουριουαν ἀφῄρηντο Ευκρατίδην



(1) P. 356.

αἱ Παρθυαῖοι. ἔχον δὲ καὶ τὴν Σογδιανὴν ὑπερκειμένην πρὸς ἕω τῆς Βακτριανῆς, μεταξὺ τȣ͂ τε Ὤξȣ ποταμȣ͂, ὃ ὁρίζει τήν τε Βακτρίαν καὶ τὴν τῶν Σογδίων καὶ τȣ͂ Ἰαξάρτȣ. *Graeci, qui Bactrianam occuparunt, eandem quoque in ſatrapias diuiſerunt: ex quibus Aſpionium et Turiuam Parthi Eucratidi ademerunt: tenuerunt etiam Graeci Sogdianam, quae orientem verſus, ſupra Bactrianam eſt ſita, inter Oxum fluuium, qui Bactriorum et Sogdiorum regiones diſterminat et Iaxartem.* Initia regnorum plerumque et augendae magnitudinis et prudenter conſtituendae cogitationibus feruere ſolent. Ea cauſſa haec ad Theodotum applicanda duxi. Immo ex iis, quae Arſaci contigerunt, etiam Choraſmios ceterosque mari Caſpio vicinos populos deuictos a Theodoto fuiſſe concludo. Qui autem poterant Parthi potentiam eius ad poſtremum metuere, ſi ſolius Bactrianae terminis perexiguis vtique, ſine Sogdiana et Choraſmia fuiſſet circumſcriptus? Et longum tempus conſtituendi regni ſui impendiſſe videtur Theodotus, quando non ante, quam extremo vitae tempore, contra Parthos mouere coepit. Sed, quia hae res nobis verum annum declarant, quo anno et hic Theodotus deceſſit et filius regnum adiit, de iis deinceps agemus in Theodoto filio et ſucceſſore.

XXIII. THEODOTVS THEODOTI FIL. patre defuncto, cum Arſace pacem et foedus fecit contra Seleucum Callinicum Antiochi filium. Iuſtinus: (1) *Arſaces Hyrcanorum quoque regnum occupauit, atque ita duarum*

(1) l. XLI, c. 4.

*arum ciuitatum imperio praeditus, grandem exercitum parat, metu Seleuci et Theodoti Bactrianorum regis. Sed cita morte Theodoti metu liberatur, cum filio eius et ipſo Theodoto foedus ac pacem fecit, nec multo poſt cum Seleuco rege congreſſus victor fuit.* Magnum in his temporibus momentum, Seleucus a Parthis victus, *quem diem,* inquit Iuſtinus, (2) *Parthi exinde ſolennem, veluti initium libertatis obſeruabant.* De die inueniendo deſperare nos oportet: menſis fuiſſe videtur vel Gorpiaeus, vel Hyperberetaeus, hi enim ſoli ſignati ſunt in numis: ille Sextilis fere Iulianus, hic September. Sed ipſo in anno magnae ſunt difficultates. Ioannes Valens, dum Iuſtinum et ceteros inter ſe componit, neque ſatis animaduertit, quam confuſa in Syriacis Parthicisque apud Iuſtinum ſint omnia, mirum non eſt, quod a mea ſententia, quam propoſiturus ſum, totis annis duodecim diſcrepet. Sed cum illius hiſtoria Arſacidarum poſt mortem parentis edita eſt, ſatis apparet, eam veluti pupillam, nactam praeterea tutores improbos, multo ornatiorem prodituram fuiſſe, ſi pater ipſe elocaſſet. Igitur primum ex hariolationibus verum cladis iſtius annum inueſtigabo, deinde cauſſam agam grauioribus argumentis. Producam orientales ſcriptores de rebus domeſticis teſtes, non accuratos illos quidem et ſaepe futiles, tamen non vsquequaque contemnendos, quamuis veritatem grandibus aberrationibus coinquinarint. Emirchondus, inter hiſtoricos Perſarum longe nobiliſſimum nomen, quem Petrus Teixeira in epitomen redegit Hiſpanice, ſic ſcenam inſtruxit, vt Alexandrum in Perſicorum regum nu-



(2) Ibidem.

mero poneret, tum vero interregnum, et ab interregno Saporem regem. *Annis*, inquit Teixeira, (3) *ſeptuaginta duobus exactis in interregno, poſt mortem Alexandri, quo tempore Perſia a praefectis gubernata fuit, factus eſt rex Sapores*. Iacobus Vſſerius Armachanus hunc Saporem putat illum Parthicum Arſacem eſſe. Nihil minus eſt. Eſt enim, vt apparebit, Texeiram legentibus, is Sapores, qui nonus fuit ab Artaxerxe ſeu Artaxare Parthorum victore, annis amplius ſexcentis et triginta a morte Alexandri Macedonis. Quid autem tantum παραχρονισμὸν peperit? Nempe quod poſt LXXII annum ab Alexandro, Perſae maioribus eorum referentibus acceperint, Parthicum regnum ſublatis praefectis Macedonicis, eſſe ortum, eius vero regni memoria, ſiue odio gentis Parthicae, ſiue aliam ob cauſſam praetermiſſa, annum noui regni retinuerint, res denique tot ſeculis poſt geſtas ad illum annum alligarint? Annus LXXII ab Alexandri morte in annum Seleucidacum LX Olympiadis CXXXI. 4 incidit. Verum enim vero, res fere ſine exemplo eſt, vt Scriptores orientales, cum de annis Alexandri loquuntur, eos a morte Alexandri annumerent, etiam cum id ipſum clariſſimis verbis praecipiunt. Alexandrini quidem peculiare aliquid habent: vt auctor Chronici Orientalis, quod olim Abrahamus Ecchellenſis et nuper Ioſephus Simonius Aſſemanus, ornatiſſimus omni laude vir, edidit. Sed haec ratio intra Aegyptum ſeſe continuit: in omni vero Aſia annos Seleucidaeos adhibent, quos tamen ذو القرنين *Du'l kar-*

(3) *D'el origine descendencia y ſuccesſion de los Reyes de Perſia y de Hormuz, en Amberes* 1610. p. 116.

*karnain*, *Alexandri*, dicunt et a morte eius, non a duodecimo anno poſt, recenſeri exiſtimant. Iam ille LXXII Seleucidarum annus cum Olymp. CXXXIV. 4 exordiebatur, autumno A. V. C. 513. et maiorem partem A. C. 514. continuabatur. Huius anni aeſtatem puto inſignem Parthica epocha, tertia illa quidem, ſed praecipua tamen fuiſſe, quod tempus cum Perſae memoria tenerent, cetera deinde admiſcuerunt perridicule.

XXIV. Sed haec opinio planiſſime confirmari poteſt, ex noſtris ſcriptoribus. Seleucum Callinicum Iuſtinus tradit a Gallis eſſe ſuperatum: hoc tumultu ſedato, mouiſſe in Parthos. Paullo ante Gallicum bellum, vt res iſtas ex ordine hic exponam, Seleucus, cum Ptolemaeo Euergete, ad Antiochiam, extremo praelio commiſſo, victus fugit. Ptolemaeus enim hoc in bello magna cum laude ſeſe geſſit. Polyaenus in ſtratagematis: (4) ἀπὸ Ταύρȣ μέχρι τῆς Ἰνδικῆς χωρὶς πολέμȣ καὶ μάχης ἐκράτησεν, *Ptolemaeus a Tauro vsque in Indiam omnia ſine bello et certamine occupauit*. Nolite interim metuere vel Bactriis vel etiam Parthis: neſcit medius fidius quid dicat Polyaenus. Teſtem appello Theocritum, teſtem deinde inſcriptionem Adulitanam. Et Theocritus et inſigne hoc monumentum illam expeditionem multo arctioribus ſpatiis circumſcripſerunt, quam Tauro atque India. At Seleucus a Ptolemaeo victus, Antiochum Hieracen fratrem ad auxilium ferendum euocat, nouas vires interim ipſe colligit. Ptolemaeus vero belli pertaeſus, pacem cum Seleuco facit



(4) l. c.

in decem annos. Eodem tempore Smyrnaei et Magneſii foedus iniuerunt ad confirmandam Seleuci maieſtatem, ante C. N. 243, vt ex marmore Arundeliano colligitur, in quo formula foederis conſeruata eſt. Colebat enim Seleucus impenſe et ornabat maximis muneribus ciuitates Aſiae, vt vel ex monumento Mileſio apud Edmundum Chiſhullum V. C. apparet. Antiochus Hierax interea fratrem inſidiis opportunum ſentiens, Gallos, qui tum Aſiam infeſtabant, ad conſilia ſua pertraxit. Celebri cum primis praelio ad Ancyram ante C. N. anno 242. a Gallis fuſus fugatusque Seleucus. Contra Eumenes Pergamenus victores adortus Gallos foeda ſtrage mulctauit: anno poſt Attalus Eumenis patruelis Gallos tota Aſia expulit. Inde iam laetae magis res viſae Seleuco regi. Superati erant praelio Galli, reliquias perſequebatur Attalus, homo locuples vt maxime et potens, ſed priuatus, a quo, tamquam fido ſocio, nihil metuendum ſibi duceret Seleucus, ciuitates in Aſia pro rege coniurauerant, Antiochus Hierax, qui ad Ptolemaeum in Aegyptum fugerat, ex foederis formula in vinculis tenebatur, inde etiam cum Ptolemaeo firmior amicitia. Ergo cum Parthi magis quam ceteri metuerentur, Seleucus anno Seleucidarum LXXII qui auctumno anni ante C. N. 241 iniit, inuaſit Parthos. Initio, vt imparatos, perculit. Nam Strabo (5) ſic ait: Αρσάκης τὸν Καλλίνικον φεύγων εἰς τὺς Ασπασιάτρας ἐχώρησε. *Arſaces Callinicum fugiens ad Aſpaſiatras ſe recepit.* Iſaacus Caſaubonus MSS citat, vbi

Ασπα-

(5) P. 354.

Ασπασιάκαι et Ασπασιάται dicuntur. Sunt igitur Xenophontis (6) Ασπασιακαὶ in دستى قبجق *Campeſtri regione Kaſgjak*, quae a Tanai ſupra Caucaſum et Caſpium mare protenditur. Nam Strabo vltra Oxum et Maſſagetas, quos Iaxarti ſeptemtrionales edidit, illos populos degiſſe refert. Igitur veroſimile eſt, Arſacen a Seleuco ex inopinato oppreſſum, per Caſpias Portas fugiſſe ad Volgam. Sed Parthi fugiendo pugnabant, et Seleucum, cum longe abeſſe crederentur a tergo laceſſebant. Illa arte, anno ante C. N. 240 cum annus Seleucidarum LXXII adhuc procederet, victus fuit Seleucus, atque inde iam repetenda eſt epocha Parthorum tertia atque praecipua. Iam ſupra Parthicorum numorum mentionem inieci, qui harum, quas hactenus explicui victoriarum aliquam continent; cum temporis nota: modo item liquido appareret, qui ad primum Arſacen, quiue ex iis ad alterum referendi ſint. Ioannes Valens Arſaci primo auctori libertatis Parthicae duos adiucauit, inſcriptos ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ ΑΠΟ ΜΗΝΟΣ ΓΟΡΠΙΑΙΟΥ. In vno eorum Arſaci diademato in throno ſedenti mulier ſtolata, capite turrito et ſiniſtra tenens cornu copiae, palmae ramum porrigit, in altero, Pallas, vt nobiliſſimo antiquario fuit viſum, haſtam tenens puram, lauream capiti Arſacis admouet. Ad Arſacen ſecundum, numum vnum retulit, in quo idem typus, quem in altero ſuperioris numo edidimus, exſtat. Titulus: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ ΑΡΣΑΚΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΔΙΚΑΙΟΥ ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ ΦΙΛΕΛΛΗΝΟΣ

(*) P. 862. ed, Gron.

ΛΗΝΟΣ ΑΠΟ ΥΠΕΡΒΕΡΕΤΑΙΟΥ. At animus inclinat, vt hunc numum ad Arſacen primum et prima Parthicae libertatis initia applicem, illos autem duos ad Arſacen ſecundum et hanc de Seleuco victoriam. Annus Seleucidarum LXXII. initium coepit anno ante C. N. 241. cum menſe ſuo Hyperberetaeo, qui menſis ab Septembri Iuliano, Gorpiaeus autem menſis iſtius anni Seleucidaei poſtremus, anno ante C. N. 240. cum eodem menſe iniit. Iam non ſit veroſimile, Seleucum, qui poſt tantam cladem, ante C. N. anno 242 ne contra Gallos quidem niſi alienis opibus ſe ſuaque defenſare poterat, anno vno poſt tantum apparatum belli habuiſſe, vt Parthos inuadere auderet, quorum tum teſtata atque illuſtris erat virtus. Neque enim aggredi eos, niſi ſub verem potuit, quando non excurſiones animo conceperat, ſed iuſtum bellum ſumma vi gerendum. Itaque in Parthos mouerit anno ante C. N. 240. ſub verem, cum menſis Hyperberetaeus anni LXXII. initio eſſet exactus, et ſuſus fuerit menſe Gorpiaeo ſiue, Septembri fere Iuliano.

XXV. Sunt quae nos de tempore confirment. Nam Attalus ciectis Aſia Gallis et Eumene defuncto, regium nomen ſumpſit, quo ante eum Pargameni principes non fuerant vſi, Aſiamque omnem opibus ſuis ſubactam Syriae regno auertit. Auctor eſt Polybius in excerptis Valeſianis: (7) nam Strabo, cum initia Attali regis attingit, breuitate ſua ſubobſcurus fit. (8) Iam neque Attalus videtur auſurus rem tantam aggredi, niſi a Parthis victo captoque Seleu-

(7) P. 102. (8) p. 429.

Seleuco rege: magnae enim adhuc erant Syriae opes, propter tum florentiſſimarum vrbium diuitias, tum multitudinem omnis generis hominum, tum denique propter eas, quas Seleucum dixi contraxiſſe, amicitias. Seleucus certe non videtur Parthos inuaſurus, niſi, Gallis deuictis, et ab illo terrore fuiſſet liberatus et Attali fide perſpecta, nihil iam inde metuiſſet. Niſi item ſummo conſtrictus infortunio fuiſſet, cognitis Attali conſiliis, iam inde ab initio ad defendendas opulentiſſimas Aſiae prouincias aduolaturus potius fuiſſe videtur, quam vt Parthos egenos conſectaretur. Henricus Doduellus, vir acutiſſimus, (9) mortem Eumenis et initium Attali regis ponit A. V. C. 514. Olympiadis $\frac{134}{135}$ $\frac{4}{1}$. Sed illius rationes non ita ſunt inuictae, vt Olympionicon ſcriptori non magis hic fauere nobis liceat, qui Olympiadis 135. anno 2. ſucceſſorem Eumeni dat Attalum. Is annus iniit A. V. C. 515. anno ante C. N. 239. ſub autumno, cum annus Seleucidarum LXXIII. iam deſineret. Tum vero deploratae erant res Seleuci, anno fere integro ante capti. Seleucus, teſte Poſidonio, (10) πολὺν χρόνον παρὰ τῷ Ἀρσάκῃ διέτριψεν ἀγόμενος βασιλικῶς, *longum tempus apud Arſacen exegit regieque eſt habitus*. Iuſtinus: (1) *reuocato Seleuco nouis motibus in Aſiam, Arſaces regnum Parthicum format*. Ioannes Valens hic omnia alia ſtatuit, quam nobis monumenta rerum, vt tenuia ſatis, ita ad eius opiniones minime apta permittunt. Velim pro ſe quisque, qui quidem iudicare poſſit, Iuſtinum probe inſpiciat et cum aliis locis conferat, is cum hic de captiuitate Seleuci atque ſero in regnum ſuum reditu loqui reperiet. Mo-

I tus

(9) In diſſertatione de Scymno Chio p. 80. (10) Apud Athenaeum p. 439. (1)

tus autem in Aſia, qui ſunt alii, quam Attalici? Nam Arſaces Seleucum e manibus non emiſit, priusquam cognouit, Attalum noui regni res ſic ordinaſſe, vt reſiſtere poſſet Seleuco, ne tantae opes Syriae Aſiaeque rurſus in vnum coirent, quas Parthi antea metuerant. Deinde ſatis conſtat, Seleucum, poſtquam rediit, adeo confirmatam ſenſiſſe Attali potentiam in Aſia, vt eum ne laceſſere quidem auderet. Quod argumento eſt, Attalum non tantummodo occaſione eſſe vſum ad parandum regnum, ſed etiam diuturno ſatis tempore ad firmandum. Itaque Attalus, vt Polybius Valeſianus ſcribit, quatuor et quadraginta annos rerum in Aſia potitus eſt, regno tam firmo ac ſtabili, vt ad tertiam ſtirpem illis in tumultibus pacatum tranquillumque transmiſerit.

XXVI. Iam cum inter Antiochum Theum, vt ſuſpicati ſumus, anno ante C. N. 247 victum et Seleucum anno ante C. N. 240 captum, anni intercedant ſeptem, quo anno Hyrcania ab Arſace occupata fuerit, noſtra intereſt vt ſciamus. Nullum vero tempus inuenio, huic rei gerendae magis aptum, quam annum ante C. N. 244. cum Seleucus bello Aegyptiaco deſtineretur, idque ipſum eſt, quod Appianus ſcripſit, Parthos defeciſſe, cum Seleucus bellum contra Ptolemaeum Euergeten gereret. Hyrcania occupata, quod quidem non magnum negotium videtur fuiſſe, laetiora Seleuci tempora interluxerunt, quae metuens Parthus, exercitum maximum conſcripſit, quando praeſertim a Bactriis quoque Theodotus imminebat. Sed eo non multo poſt mortuo, Theodotus Theodoti filius Bactriorum rex, cum Arſace pacem ac foedus iniit.

Ex

Ex quo colligimus, ante C. N. anno 243. hunc Theodotum patri ſucceſſiſſe.

XXVII. EVTHYDEMVS Magneſius Theodotum regno exuit. Ioannes Valens Strabonis quodum loco inductus, ex Euthydemo vno, fecit duos. Nos tantummodo hunc Magneſium in priſcis monumentis agnoſcimus, qui Theodotum regno ſpoliauit, vt ex Polybianis excerptis colligo. (1) Nam in his excerptis Euthydemus cum Telea legato Antiochi M. expoſtulat, immerito ſeſe bello peti, neque enim a Syriae regibus defeciſſe ſe, ἀλλ' ἑτέρων ἀποστάντων, ἐπανελόμενον τοὺς ἐκείνων ἐκγόνους, οὕτω κρατῆσαι τῆς Βακτριανῶν ἀρχῆς, *ſed cum alii defeciuiſſent, eorum ſe ſobolem de medio ſuſtuliſſe atque ſic Bactrianarum rerum eſſe potitum.* *Sobolem* dixi, vt M. Tullius in Platonis Timaeo τοὺς ἐκγόνους θεῶν, *deorum liberos* conuertit. Eodem modo, cum Iſocrates Αἰακὸν τοῦ Διὸς ἔκγονον in Euagora ſcripſit, aut *filium* aut *ſobolem* interpretari nos oportet. Haec ea cauſſa monui, ne quis propter illarum obſcuritatem rerum in vocabulo ἐκγόνους argutetur, non filium Theodoti ſuperioris, hunc, inquam, Theodotum minorem eiusque omnem domum, ſed alium iſtius Theodoti maioris nepotem, paterni auitique haeredem regni ab Euthydemo fuiſſe oppreſſum. Cum autem plures defeciſſe dicit Euthydemus, in quos ipſe animaduerterit, ſeu Polybius hic oratorum more locutus eſt, ſiue magis alios reſpexit, qui in vicina India tyrannidem inuaſerunt et vel in ordinem fuere redacti ab Euthydemo,

 vel

(1) P. 907.

vel bello laceſſiti. Multi enim ſimul cum Theodoto a Syriae regibus per opportunitatem defecerunt.

XXVIII. Quo anno Euthydemus Theodotum regno exuerit, ex illis ſcriptoribus intelligere mihi videor, quos Strabo adhibuit teſtes. (2) Ferebant illi, defeciſſe eum, νεωτεριϑέντων τῶν ἔξω τȣ̃ Ταύρȣ, *inter motus rerum in prouinciis vltra Taurum*. Et Pontici et Graeci ipſique Romani magnam cherrhoneſum, *Aſiam cis Taurum*, aut, quemadmodum Polybius ſolet, ἐπὶ τάδε τȣ̃ Ταύρȣ, vlteriores vero, prouincias vt Herodotus, *ſuperiorem Aſiam*, vel τὰ ἔξω τȣ̃ Ταύρȣ nuncuparunt. Hi ergo ſcriptores ea attingunt tempora, cum Molo Mediae et Alexander Perſiae ſatrapae ab Antiocho Seleuci filio deſciſcerent, (3) extremo admodum anno Olympiadis CXXXIX. Anno poſt Molo oppreſſus eſt. Euthydemus igitur, qui, ſpecie vindicandae defectionis Bactrianae et tamquam pro Syriae regibus, arma ſumpſit, non potuit eas res illa ſpecie gerendas ſuſcipere, niſi poſtquam cognouit, Molone in ordinem redacto, Syriae regem, tametſi paene puerum, in vindicanda maieſtate ſua non degenerem a parentum virtute animum exhibere. Itaque adulandum erat Antiocho iisque qui in oriente rebus illius contra aduerſarias factiones ſtudebant. Videtis quid me inducat, vt credam, Euthydemum anno ante C. N. 221 Theodotum regem inuaſiſſe, cum manu hominum Syriae regi fauentium. Erat autem ex ea vrbe Euthydemus, quae maximis Seleuci Callinici beneficiis adfecta, domum regiam in

(2) p. 354. (3) Polybius p. 398. ed. Caſaub.

in primis colebat, vt ex foedere Magnetum et Smyrnaeorum, in marmoribus Oxonienſibus, non obſcurum eſt. Sed ille deinceps, vbi Theodoto fuit ſuperior, ordinatis ſtabilitisque rebus ſuis, tyrannidem ex occaſione in domum ſuam transtulit. Antiochus, poſtquam Medis ad obſequia redactis, cetera quoque pacaſſet Parthosque compeſcuiſſet, vt inde, teſte Appiano, (4) Magni cognomen referret, illo in curſu victoriarum, denique vsque ad Bactrios penetrauit. Hoc bellum Parthicum multis victoriis nobilitatum et Hyrcania tota capta, Polybius ante M. Claudium Marcellum, T. Quinctium Criſpinum Coſſ. et ante A. V. C. 546 ponit. Aliis deinde in excerptis Polybianis (5) de bello cum Euthydemo refertur.

XXIX. Excerpta haec media ſunt inter res illas Parthicas et Aſdrubalis expeditionem in Italiam, quae C. Claudio Nerone, M. Liuio Salinatore Coss. contigit, A. Varroniano 547. Ioannes Valens (6) hoc bellum ponit A. V. C. 548. Verum enim vero, tum hoc loco, tum infinitis in aliis non apparet, quae ratiocinia in ſtatuendis temporibus ſecutus fuerit, adeo omnia auctoritatibus monumentorum repugnant. Cum Antiochus in armis aduentaret, Euthydemus περὶ Ταγουρίαν, decem millia equitum ad Arii amnis ripam tuendam, opportunis locis diſpoſuit. Quam nos hic Taguriam dicemus eſſe, ſiue regionem, ſive vrbem? Eſt quidem apud Claudium Ptolemaeum Θάγορα, ſed in India, quae Geographo Rauennati *Tachora*. (7) Tabula Peutingeriana *Taboram* ponit

 ad

(4) p. 141. (5) P. 864. ed. Gron. (6) Iu Arſacidarum imperio p. 27. (7) p. 62. Porch.

ad occidentem Paroniſi montis, vt Bactrii in borapelioten vergant. Periplus maris Erythraei, (8) πόλιν Ταγύρα μεγίστην, haud procul a mari in orientalibus partibus regionis collocauit eius, quae Δαχαναβάδης vocabatur, id eſt, *auſtralis.* Nam, inquit, Δάχανος καλεῖται ὁ νότος τῇ αὐτῶν γλώσσῃ, *Dachanus vocatur auſter eorum lingua.* Ita videlicet eſt, vt is auctor ſcribit: nam दाणुतु: *Dhakon*, Indis *auſter*, et दषणा:वादे *Dhakana wad, plaga mundi auſtralis qualiscumque.* Itaque hic ſitus vrbis ab Ario flumine nimium remotus, nos admonet, aliam nobis regionem quaerendam eſſe. Vide, annon Ταπȣρίαν, aut quemadmodum alio loco Polybius ſcripſit, Ταπυρίαν in animo habuerit. Haec regio, Τάπȣρρα Aſinio Quadrato apud Stephanum Byzantium dicta, in Margiana inter Derbices et Hyrcanos erat, a qua regione, montium Tapyrorum iuga ad Mediam vsque deducit Polybius. Arius fluuius Ariam prouinciam poſtulat, quicumque deinde locus in ea fuerit Ταγȣρία. Antiochus, hoc nuncio accepto, feſtinandum ratus, cum ab fluuio trium itinere dierum abeſſet, moderato inceſſu perrexit, tertio autem die a coena mandata dedit, vt prima luce caſtra mouerentur, ipse equitatum omnem atque expeditos e peditatu, cum decem millibus cetratorum, ſilentio noctis, citato gradu ſecum duxit. Cognouerat enim, Arium fluuium ab hoſtili equitatu tantummodo interdiu teneri, noctu praeſidium omne in vrbem viginti a flumine ſtadiis recipi. Per patentes campos eques pedesque ſine

(8) p. 29.

ſine moleſtia inceſſerat et ante lucem fluuium traiiciebat, cum Bactrii ab excubiis per certa ſigna ex vrbe ad vim propellendam exciti, in hoſtes incidunt. Antiochus, quippe haud ignarus, famam rerum a principio pendere, ducibus negotio reliquam inſtruendi aciem dato, ipſe cum duobus millibus praetorianorum in hoſtem inuectus, rem manu gerit ſtrenue et primam alam Bactriorum fundit. A ſecunda tertiaque ala, quae laborantibus ſuis integrae ſucceſſerant, premi Antiochus et circumueniri. Hic enimuero Panaetolus cum omni equitatu hoſtem aggreſſus et regem ſummo diſcrimine liberauit et Bactrios in fugam coniecit, vt, multis ſuorum deſideratis, non ante conſiſterent, quam ad Euthydemum peruenerant in caſtra. Equitatus Antiochi, nocte illa, quae praelium conſecuta eſt, ad fluuium rediit. Antiochus et equum illo in conflictu amiſit et dentes aliquot, traiecto ore: Euthydemus autem inde ſe Zariaſpa recepit.

XXX. Finem belli Bactriani Polybius poſt reditum P. Scipionis ex Hiſpania ponit, hoc eſt, ante P. Scipionem, P. Licinium Craſſum Coss. et ante A. V. C. 549. Taedio diuturni belli adfectum fuiſſe Antiochum idem auctor teſtatur: (9) ο δὲ βασιλεὺς πάλαι περιβλεπόμενος λύσιν τῶν πραγμάτων. Igitur legatum ad Euthydemum miſit Teleam, qui cum eo expoſtularet. Euthydemus Teleae oſtendit, inique ſecum agere Antiochum, qui tanta obſtinatione animi eadem in ſententia permaneat, vt ſe ſuo regno ſpoliaret: neque enim ſe a rege

(9) p. 906. ed. Gron.

rege defeciſſe, ſed poſtquam alii defecerant, eorum ſe de medio ſuſtuliſſe liberos, atque ita in Bactriana rerum eſſe potitum. Poſtquam ea pluribus erat perſecutus, legatum orabat, vt pro ſe intercederet de componendis diſſidiis et apud Antiochum ſeſe commendaret, μὴ φθονῆσαι τῆς ὀνομασίας αὐτῷ, τῆς τε τοῦ βασιλέως προστασίας, *ne inuideret ſibi vel nomen regis vel dignitatem.* Oſtendebat deinde, quam parum ex vtriusque commodo bellum duceretur, imminere enim bello diſtractis non exiguam Nomadum multitudinem, vt ambo verſentur in diſcrimine: nam regionem, ſi Nomades ſuperiores ſint, in barbarorum deinde poteſtate futuram eorumque moribus Graecos in ea homines imbutos ab humanitate defecturos, obſcurum eſſe non poſſe. Cum his mandatis Telea ad Antiochum profectus, regem ad pacis conſilia facile flexit et pertaeſum iam diuturnitatis in longinquo bello, et periculum a Nomadibus animo reputantem. Excerpta Polybiana, quae huiusce memoriam rei praecedunt, quaſi digito nobis demonſtrant Ἀσπασιακοὺς Νομάδας eos fuiſſe, qui a Tanai vsque ad Oxum coluerint. Hi vero equites per loca illa, in quibus Oxus terram ſubit, tamquam per pontem a natura ſtratum inuaſionem faciebant vsque in Hyrcaniam. Ex recentium geographorum doctrina intelligi poteſt, regionem, per quam prope Oxum delati in Hyrcaniam ſeſe effuderint, Chorasmiam fuiſſe, quae tum ſubiecta erat Bactrianae. Igitur Euthydemus cum diſtringeretur graui bello, illorum impetum ſuſtinere et a prouincia ſua depellere non potuit, vnde etiam prouinciae Perſicae Antiochi, in diſcrimine verſabantur. Poſtquam Teleas legatus diu multumque ſuper eo negotio vltro citroque commeauit,

uit Euthydemus Demetrium filium, ad ſanciendum ea in verba, quibus conuenerat, foedus, in caſtra hoſtium miſit. Ab illo maxime adoleſcente delinitus Antiochus, vtpote qui propter cum inſignem corporis formam, tum indolem animi, dignum eum iudicauit, qui regnaret. Itaque filiarum aliquam ei deſponſauit, patrique regium nomen conceſſit. Super ceteris rebus pacis leges in tabulis conſignatae, cum formula ſocietatis vtrimque initae, iuris iurandi fide confirmatae ſunt. Erat quoque in conditionibus, vt Euthydemus elephantos vniuerſos traderet. Ita Antiochus, ſuperato Paroniſo, in Indiam reduxit exercitum et apud Σοφαγασῆνον τὸν βασιλέα τῶν Ινδῶν amicitia renouata, alios ab eodem elephantos accepit, vt vniuerſi numero ad centum et quinquaginta illius in exercitu eſſent, quibus deinde in bello Romano vſus eſt. Androſthene Zyziceno relicto, qui argentum a rege Sophagaſeno promiſſum deueheret, per Arachoſiam et Drangianam in Caramaniam venit, vbi hibernatum eſt. Ex his etiam intelligi poteſt, pacem A. V. C. 548. aeſtate, Olympiadis CXLIII. 2 anno exeunte, compoſitam eſſe, quoniam inde aliquot menſium fuit iter in Caramania hibernaturo. Prologus Trogi: (10) *pacata ſuperiore Aſia Bactris tenus, in Romana bella deſcendit.*

XXXI. Satis diuturnum bellum fuit, quod tertium in annum gereretur, cum populo tam longe a Syria in orientem reiecto. In tempore huius expeditionis ſtatuendo, nos a vero anno non admodum potuiſſe aberrare,

K doctiſſi-

(10) Ad librum XXX.

doctiſſimum econtrario Armachanum has res illico poſt Molonem deuictum incommode ponere, etiam memoria iſta filiarum Antiochi facit vt credamus. Antiochus Demetro promiſit, δώσειν μίαν τῶν ἑαυτȣ̃ θυγατέρων, vt ait Polybius. Iam cum in eo eſſet Antiochus adoleſcens, vt Molonem perſequeretur, Laodicen Mithridatis Pontici filiam duxit, (1) annoque poſt natus ei eſt filius. Quas tum potuit Demetrio deſpondere filias, cum haberet nullas? At hoc, quo res illas poſui anno, natae poterant eſſe illae, quarum alteram Cleopatram Ptolemaeo Epiphani quatuordecim admodum annis poſt hanc pacem in matrimonium tradidit, alteram Antiochiden Ariarathi Cappadoci, tertiam Eumeni Pergameno regi, eodem fere tempore. Non eſt abſurdum ſtatuere, poſt illam pacem Euthydemum arma vertiſſe in Nomadas, quorum vires ſuperiori bello formidauerat et in Indos, vt infra dicemus. Hoc autem bellum Indicum male denique ceſſiſſe videtur, quod ex haud obſcuris argumentis concludo, Menandrum Indiae regem, ſucceſſorem Euthydemi fuiſſe, non Demetrium filium.

XXXII. MENANDER igitur ſecundum Euthydemum a nobis ponetur. Quot annos Euthydemus regnauerit et quando Menandri ſub poteſtatem redacti fuerint Bactrii, res vtique perobſcura eſt. Ioannes Valens in Canone regum Parthicorum A. V. C. 555. extremum ponit Euthydemi, nihil autem vel ad diuinandum habuit propoſitum, vt, quid animi ei fuerit, cum haec ſcribe-

(1) Polybius p. 541.

ſcriberet, mirari ſatis nequeam. Sed ita vt plurimum accidit, vt, cum vel tentandi, vel memoriae cauſſa quaedam inter commentandum negligentius notent docti viri, quae poſterioribus curis emendaturi erant, illa autem deinde aliorum in manus perueniant, qui quae languida ſunt et in vitio cubant reſtituere aut non poſſint, aut cum poſſint, nolint, opera eiusmodi poſthuma plerumque auctoribus ſuis, tanto non ſint decori, quanto fuisſent futura ſub extrema eorum manu. Iam in ſucceſſoribus Euthydemi, quantum ſibi permiſit perſpicaciſſimus alioquin antiquarius? *Demetrius Euthydemi filius*, inquit, (2) *patri in Bactrianae regnum non ſucceſſit, ſed Menander Euthydemi frater aut ſaltem propinquus.* Secundum Menandrum vero Demetrium collocat: (3) *Demetrius Euthydemi Bactrianorum regis filius, qui poſt Menandrum patruum regnauit.* Menandrum Bactriorum fuiſſe regem, ex auctoritatibus Strabonis atque in primis Plutarchi demonſtrabo: Demetrium Euthydemi filium, neque ſuccesſisſe Menandro, neque omnino Bactriorum fuiſſe regem, vllius veterum teſtimonio conſtat, ſuſpiciones deinde faciunt graues, vt non fuiſſe concludam. Nam de cognatione Euthydemi, Demetrii, Menandrique, ne quidem eſt opus vti quidquam hic dicam. At Valens in Demetrii regno Bactriano locum Strabonis reſpicit, (4) quem conſiderari oportet accuratius.

| | |
|---|---|
| Τοσοῦτον δ' ἴσχυσαν οἱ ἀποστήσαντες Ελληνες αὐτὴν (τὴν Βακτρίαν) διὰ τὴν ἀρετὴν τῆς χώρας, ὥστε τῆς | *Tanta autem eorum Graecorum, qui Bactriam ad defectionem ſeduxere, propter regionis illius prae-* |

K 2 Αρια-

(2) p. 28. (3) p. 34. (4) p. 355. 356. ed. Caſ.

Ἀριανῆς ἐπεκράτουν καὶ τῶν Ἰνδῶν, ὥς φασιν Ἀπολλόδωρος, καὶ πλείω ἔθνη κατεστρέψαντο, ἢ Ἀλέξανδρος. καὶ μάλιστα Μένανδρος. εἴγε καὶ τὸν Ὕπανιν διέβη πρὸς ἕω καὶ μέχρι τοῦ Ἰσάμου (Ἰμάου vt Caſaubonus cenſuit) προῆλθε. τὰ μὲν γὰρ αὐτός, τὰ δὲ Δημήτριος ὁ Εὐθυδήμου υἱὸς τοῦ Βακτρίων βασιλέως, οὐ μόνον δὲ Πατταλήνην κατέσχον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης παραλίας τήν τε Τεσσαριόστου καλουμένην καὶ τὴν Σιγέρτιδος βασιλείαν, καθόλου δέ, φησιν ἐκεῖνος, τῆς συμπάσης Ἀριάνης πρόσχημα εἶναι τὴν Βακτριανὴν καὶ δὴ καὶ μέχρι Σύρων καὶ Φαύνων ἐξέτειναν τὴν ἀρχήν, πόλεις δ᾽ εἶχον, τά τε Βάκτρα καὶ Δάραψαν καὶ ἄλλας πλείους.

*ſtantiam potentia fuit, vt et Arianam obtinuerint et Indiam, quemadmodum ait Apollodorus Adramyttenus, et plures, quam Alexander Magnus, gentes ſubegerint: in primis vero Menander, quippe qui et Hypani traiecto orientem petiit et vsque ad Imaum proceſſit: partem, inquam, ipſe, partem Demetrius Euthydemi Bactriorum regis filius: non modo autem Pattalenen occuparunt, ſed etiam alteram oram maritimam, quae Teſſarioſti dicitur et Sigertidis regnum: omnino autem, dicit ille, toti Arianae obiectam eſſe Bactrianam: nam etiam ad Syros vsque et Phaunos dominationem ſuam extenderunt: vrbes autem habuere, Bactra et Darapſam et alias plures.*

Hic locus tantum abeſt, vt ornatiſſimo viro inſeruiat, vt etiam illius ſententiae aduerſetur, nobis faueat. Vides Menandrum Bactriis regibus inſeri: Demetrium contra

contra, Euthydemi *regis Bactriorum filium* dici. Quorſum eam ſic appellaret Strabo, quem regem potuiſſet nuncupare? Miſcet Strabo omnia inter ſe, vt ſubobſcura euaſerint, quae non vno hoc in loco illius labes fuit in veterum auctoritatibus verſantis: totum hoc Strabonis et proprium, perplexe agere. Itaque cum Plutarchus in reip. gerendae praeceptis (5) Menandrum Bactriis aſſerit, vt ab diſſimillimo ingenio profectum teſtimonium cupide amplectimur, cum in Strabone ne id quidem, quod videtur ſatis eſſe planum, temere audemus admittere. Plutarchus ſic ait: Μενάνδρου δέ τινος ἐν Βάκτροις ἐπιεικῶς βασιλευσαντος, εἶτα ἀποθανόντος ἐπὶ στρατοπέδου, τὴν μεν ἄλλην ἐποιήσαντο κηδείαν κατὰ τὸ κοινὸν ἀι πόλεις, περὶ δὲ τῶν λειψάνων ἀυτοῦ καταστάντες εις ἀγῶνα, μόλις συνέβησαν, ὥστε νειμάμεναι μέρος ἴσον τῆς τέφρας, ἀπελθεῖν καὶ γενέσθαι μνημεῖα παρὰ πᾶσι τοῦ ἀνδρός. *Menandro cuidam, qui in Bactriis regnum iuſte moderateque geſſerat, deinde in caſtris defuncto, tum alios exequiarum honores ex communi decreto ciuitates habuerunt, tum de reliquiis eius concertarunt, donec vix inter ſe conſenſerunt, vt partem cineris illius aequalem pro ſe vnaquaeque caperet, iſtius autem viri apud vniuerſas monumenta dedicarentur.*

XXXIII. Sed ſunt, qui Menandrum Indiae regem edant. Trogi Pompeii prologus, cum de Eucratide Bactriano eſſet relatum, ſic habet: *Indiae quoque additae res geſtae per Appollodorum et Menan-*



(5) p. 821.

*mandrum reges.* Iannes Valens his verbis offenditur: (6) *Locus*, inquit, *deprauatiſſimus eſt: Apollodorus enim Bactrianorum rex non fuit, ſed hiſtoricus, qui, tradente Strabone, Parthorum Bactrianorum et Indorum geſta ſcriptis mandauerat.* Bactriorum regem fuiſſe Apollodorum, neque Trogus ibi tradidit, neque nos poſtulamus, vt nobis concedatur: Indiae vero fuiſſe, etiam aliunde conſtat. Et Strabo quidem Indiae reges Graecos a Bactriis diſtinxit, cum ſic fatus eſt: (7)

Ἀπολλόδωρος γοῦν ὁ τὰ Παρθικὰ ποιήσας, μεμνημένος καὶ τῶν τὴν Βακτριανὴν ἀποστησάντων Ἑλλήνων παρὰ τῶν Συριακῶν βασιλέων τῶν ἀπὸ Σελεύκου τοῦ Νικάτορος, φησὶ μὲν αὐτοὺς αὐξηθέντας ἐπιθέσθαι καὶ τῇ Ἰνδικῇ, οὐδὲν δὲ προσανακαλύπτει τῶν πρότερον ἐγνωσμένων, ἀλλὰ καὶ ἐναντιολογεῖ, πλείω τῆς Ἰνδικῆς ἐκείνους, ἢ Μακεδόνας καταστρέψαθαι λέγων. Εὐκρατίδαν γοῦν πόλεις χιλίας ὑφ' ἑαυτῷ ἔχειν, ἐκείνους δ' αὐτὰ τὰ μεταξὺ ἔθνη τοῦ Ὑδάσπου καὶ τοῦ Ὑπάνιος, τὸν ἀριθμὸν ἐννέα, πόλεις τε σχεῖν

*Apollodorus igitur, qui Parthica ſcripſit, cum eorum etiam Graecorum, qui Bactrianam a Syriae regibus, Seleuci Nicatoris poſteris abalienarunt, mentionem iniiceret, eos quidem ait viribus auctos, etiam Indiam inuaſiſſe, nihil vero amplius tradit, quam quae antea* (ex Alexandri M. expeditione Indica) *cognita fuerant, cum tamen dicit, maiorem Indiae partem illos*, (Graecos) *quam Macedonas* (duce Alexandro M.) *ſubegiſſe: Eucratiden quidem mille vrbes ſub poteſtate ſua ha-*

πεν-

(6) l. c. p. 37. (7) p. 471.

πεντακισχιλίας, ὧν μηδεμίαν εἶναι Κῶ τῆς Μεροπίδος ἐλάττω, ταύτην δὲ πᾶσαν τὴν χώραν καταστρεψάμενον Ἀλέξανδρον, παραδοῦναι Πώρῳ.

*habuiſſe, illos vero, gentes omnes inter Hydaspen et Hypanim numero ad nouem, vrbium autem tenuiſſe ad quinque millia, quarum nulla Co vrbe in Meropide minor fuerit: hanc autem omnem regionem Alexandrum ſubactam Poro tradidiſſe.*

Quamquam Strabo hic ſuo more agit, tamen, quod diximus, ex eius verbis translucere opinor. Et Iuſtinus vero inter Bactrianos Parthicosque tumultus, etiam alios ſtrictim attigit iis verbis: (8) *Theodotus defecit regemque ſe appellari iuſſit, quod exemplum ſecuti totius orientis populi, a Macedonibus defecere.* Incertus auctor peripli maris Erythraei, quem ſunt qui Arrianum fuiſſe putent, poſtquam mentionem Bactriorum iniecerat: (9) καὶ Ἀλέξανδρος ὁρμηθεὶς ἀπὸ τῶν μερῶν τούτων ἄχρι τοῦ Γάγγου διῆλθε, καταλιπὼν τήν τε Λιμυρικὴν, καὶ τὰ νότια τῆς Ἰνδικῆς, ἀφ' οὗ μέχρι νῦν ἐν Βαρυγάζαις παλαιαὶ προχωροῦσι δραχμαὶ, γράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι, ἐπίσημα τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον βεβασιλευκότων, Ἀπολλοδότου καὶ Μενάνδρου, ἔνι δὲ αὐτῆς καὶ ἐξ ἀνατολῆς πόλις λεγομένη Ὀζήνη, ἐν ᾗ καὶ τὰ βασίλεια πρότερον ἦν. *Alexander ex his (Bactriorum) regionibus profectus, vsque ad Gangem deſcendit, relinquens a latere Limyricam et au-*

(8) XLI. p. 4. (9) p. 27. ed. Huds.

*auſtralia Indiae : quamobrem vsque ad hodiernum diem in Barygazis veteres commeant drachmae litteris Graecis inſcriptae, titulo eorum, qui poſt Alexandrum regnarunt, Apollodoti et Menandri : eſt etiam illa in regione ad orientem vrbs dicta Ozene, in qua olim regia erat.* Alexandri ad Gangem expeditio, in qua Limyricam, ſeu ſinum Gangeticum et auſtralem Indiam a dexteris reliquerit, commentum eſt, ortum ex magnitudine eius regni, quod poſt Alexandrum Graeci reges tota in India obtinuerunt. Barygazae emporium percelebre ad ſinum Cambaiae, cui ad orientem Ὀζήνη *quondam regia*. Ptolemaeus: (10) Ὀζήνη βασίλειον Τιαςάνου, *Ozene regia Tiaſtani*. Hic Tiaſtanus iam Graecum nomen non eſt. Itaque non apparet, quae tempora auctor peripli reſpexerit, vt Ozenen non temere horum regum, de quibus nobis ſermo inſtitutus eſt, regiam fuiſſe dixerimus. Sunt apud Ptolemaeum plures Indiae reges, vt Βαιθανα βασίλειον Σιριπτολεμαίου (in MSS. nam in editis, Βάθανα Σιριπολεμίου,) Ἱππόκουρα βασίλειον Βελεοκούρου (in MSS. Βαλεοκούρου) Καροῦρα βασίλειον Κηροβόθρου, Μόδουρα βασίλειον Πανδίονος, Ορθουρα βασίλειον Σωρνάγος, pro quo nomine in MSS. Σωρνάτος. Habemus igitur Graecos in India reges ex Periplo, *Appollodotum* et *Menandrum* : *Demetrium Euthydemi filium* aliis teſtimoniis cognoſcimus. Sed oportet, vel ante Apollodotum vel poſt eum, alium praeterea fuiſſe, vt Theodoti initiis aequalia ponamus principia regni Indici. Praeterea ex obſcuris auctoritatum veterum fragmentis colligi poteſt, plura Graeca regna ſimul et orta eſſe apud Indias et aliquamdiu fuiſſe. Neque ego ſcire

(10) Vide Ptolemaei tabulas vrbium inſignium p. 40. ed. Hudſon.

fere dubito, illum Claudii Ptolemaei Σιγιπτολεμᾶιον ſiue Σιγιπτολέμιον, eorum in numero fuiſſe. Nam extremum nominis, Graecum videlicet eſt: Σιγι autem eſt Indicum *Ssri*, vt, cum dicunt श्रीकंनृ *Ssri Kriſchen*, nomen *Wiſchtnu dei*, श्रीघंगाश *Ssri Ghangaeſa*, nomen auctoris litterarum. Hoc enim *Ssri* plane ſic vſurpatur, vt Syrorum مكزب *Mar*, *dominus*, quem titulum et deo immortali, et ſanctis beneque olim meritis et mortalibus in dignitate conſtitutis tribuunt, fere etiam vt in recentiori Graecitate, Κῦρ et Κῦρι. Quod autem huic Ptolemaeo regi etiam poſt fata, eiusmodi honoris nomen ab Indis datum eſt, id indicat, et magnum fuiſſe et iuſtum, vt inter diuos referri dignaretur. Sed vel tempori certo vel huic ſucceſſioni, de qua verba facimus, inſerere eundem non audeo. Apollodotum vtique malo regem, qui ante Menandrum fuit, nuncupare, quam ex Strabone Apollodorum, quod hic, dum Apollodorum Parthicorum ſcriptorem citat, confundere nomina illa potuit, quod item in codicibus, ſi antea recte fuit, ſubrepere ex eadem cauſſa potuit error, in Periplo autem maris Erythraei eadem ſuſpicio locum non habet. Menandri vero regnum oportet diuturnum fuiſſe, propter tot vrbium in eum mortuum ſtudia, quae parari quemadmodum potuerint, niſi longo tempore, profecto non inuenio. Apparebit quidem ex noſtris rationibus, in Bactriis non diu eum potuiſſe regnare: ſed manebat illius viri laus inde a ſuperiorum rerum memoria, cum, vt apud Strabonem Apollodorus teſtatur, primum quidem intra

Hypanim regnauit , ea inquam in regione , quae quondam Pori fuerat , deinde traiecto Hypani vniuerſam Indiam occupauit. Res eas oportet fuiſſe maximas : quia autem Strabo Demetrium admiſcet, non poſſum liquido ſentire , quae ad illum magis , aut ad hunc referenda ſint. Ad Imaum vsque progreſſi fuerunt, vbi Gangis fontes ſunt , vt, quae olim Sandrocottae fuerant, in poteſtatem alterutrius horum regum fuerint redacta. Deinde Pattalene nominatim occupata eſt. Haec regio intra duo oſtia Indi fluminis ſita fuit. Dionyſius Periegetes: (1)

> Διϲϲὰ δέ οἱ ϛόματ' ἐϛὶ, μέϲϲην δ' ἐπιδέδρομε νῆϲον
> Νῆϲον, τὴν καλέουϲιν ἐπιχθόνιοι Παταληνήν.

> *Duo autem Indo oſtia ſunt , quae circum mediam currunt inſulam ,*
> *Inſulam , quam incolae vocant Patalenen.*

Quam Strabo alteram oram maritimam, nomine Τεϲϲαριόϛου dicit ? nempe nullam potuit, niſi quae ad Gangis fluminis oſtia , vbi et Σιγέρτιδος regnum. Καὶ δὴ, inquit Strabo, καὶ μέχρι Σύρων καὶ Φαύνων ἐξέτειναν τὴν ἀρχήν. Iſaacus Caſaubonus, cui tantum in Strabone multisque aliis debemus, iſthuc Σύρων , quod hic quidem eſt nihili, reliquit, Φαύνων vero ſuſpicatur Φοινίκων eſſe reſcribendum. Perelegans econtrario eſt Ioannis Valentis coniectura, (2) legendum eſſe μέχρι Σήρων καὶ Φρυνῶν. Nihil poteſt excogitari aptius , nihil verius inueniri. Phryni Seribus , Sacis Bactriisque in-

(1) v. 1092. (2) l. c. p. 34.

interiecti fuerunt. Quamquam autem Strabo etiam hic perplexe locutus eſt, tamen in teſtimonio eius ſentire mihi videor, vtris regibus Seras et Phrynos dicto audientes fuiſſe acceperit. Si regionum tractum conſideres, opportunius ſiti fuere Bactriis, vt debellari poſſent, quam Indis, qui immenſis montibus ſeiungebantur. Et movet me in primis Phrynorum mentio, qui ita vicini fuere Bactriis, vt ab Indis ſubiugari non potuerint, niſi Bactriis ipſis ab illo potentiae gradu depulſis. Apud Geographum Rauennatem, (3) *ad ſeptemtrionem Indiae Dimiricae* (ſic autem Indiam Gangi viciniorem vocat, a *Limyrica*, regione oſtiis illius proxima,) recenſetur, *India Serica Bactrianis*, id eſt Ινδια Σηρικη Βακτριανὶς, ſeu Bactriis ſubiecta. Haud fere dubito, ſub Menandro rege, Bactrium regnum, illo quidem victore, et Sacas et Seras vſque ad Sinarum fines comprehendiſſe. Hic Menander Indiae rex, quemadmodum ad Bactrianum regnum peruenerit, inquirendum mihi nunc duco. Per vim, opinor. Nam poſtquam Euthydemus rex, Syriaco bello compoſito, Aſpaſiacas gentes ſine dubio inuaſit, quod ſibi iam inde ab aliquo tempore impreſſionibus ſuis moleſtae fuiſſent, ab iisdem victoriam reportaſſe videtur, resque maiores agitaſſe contra Indos. Indos eum petiiſſe, Strabo ὔτε λέγει, ὔτε κρύπτει, ἀλλὰ σημαίνει. Cum enim res Demetrii Indicas attingit, *Demetrium Euthydemi Bactriorum regis filium* eas geſſiſſe tradit et tamen idem tradit, Euthydemum praeter Bactrianam, quae Graecorum ante eum regum fuerat, vicinas regiones occupaſſe. Et cur ita potiſſimum nuncupet Demetrium, caussam



(3) p. 41. ed. Porch.

cauſſam video nullam, niſi eas res patre Euthydemo ſuperſtite et in Bactriis regnante geſſiſſet. Sed videtur initio Demetrius non florentiſſimum in India Menandri regnum inuaſiſſe, verum, illo longinquis bellis diſtracto, in eam magis partem ſeſe vertiſſe, quae Menandri nondum fuit. Iam ſupra in regionibus prope ad Paroniſum Bactriis ſub auſtro ſere, Sophagaſenum regem Indum edidimus, et diuitem illum quidem et Antiocho ſe ſuaque haud aegre tradentem. Hunc Euthydemus rex per Demetrium filium regno ſpoliaſſe videtur, omnemque regionem ad occidentem Indi fluminis, quae Indiae accenſebatur et quondam Macedonum fuerat prouincia, auertiſſe. Hic tandem auctorem tenemus idoneum, qui noſtras ſuſpiciones comprobet, Iſidorum, inquam Characenum in manſionibus Parthicis. (4) Vbi enim de Arachoſia agit, quam Parthi Ινδικὴν Λευκὴν vocitarunt, ſic fatus eſt: Φάρσαγα πόλις καὶ Δημητριὰς πόλις, ἔιτα Ἀλεξανδρόπολις, μητρόπολις Ἀραχωσίας. ἔςι δ' Ἑλληνὶς. *Pharſaga vrbs et Demetrias vrbs, deinde Alexandropolis* (*Claudio Ptolemaeo* Ἀλεξάνδρεια) *metropolis Arachoſiae, eſt autem Graeca vrbs.* Nullus in Syriae regibus fuit Demetrius, cuius honoris cauſſa hoc nomen vrbi tributum fuerit: nam Demetrius Soter iſta longinqua iam non tenuit, vix Syriam et Babyloniam et Perſiae aliquantum tueri potuit contra Parthos. Itaque ſolus Demetrius Euthydemi filius is eſt, quem hic reſpicere poſſumus. Inuenio apud Claudium Ptolemaeum in Peutingeriana editione vrbem intra Hidaſpen atque Indum fluuios, viciniorem tamen Indo, *Sagala, quae et Euthymedia*: non dubito fere, Demetrium hanc

(4) p. 8.

hanc vrbem Ευθυδήμειαν vocaſſe ab Euthydemo parente, ſed defuncto eodem atque Menandro etiam: quod, hoc ſuperſtite, non apparet, quemadmodum Demetrius Indiae partem, quae Menandri erat, occupare potuerit, cum non potuit contra eum obtinere patrium in Bactriis regnum. De Demetrii in India regno poſt Menandri fata deinde dicam in Eucratide. In hoc autem tamquam cardine ſuperiores coniecturae noſtrae verſantur, quod, tametſi Euthydemus rex in Bactriis potens fuit, Demetrius autem filius et bellicoſus et patris fauore ſuffultus, tamen Euthydemo mortuo non Demetrius rex Bactriorum euaſit, ſed Menander. Quod quemadmodum aliter contingere potuit, quam quod Menander ſucceſſu rerum Demetrii offenſus, forte et laceſſitus, Bactriis ſubiugatis et Euthydemo Demetrioque pulſis regnum occupauerit, antequam vero etiam Indiae illa parte ſpoliauit Demetrium, in ipſo curſu victoriarum deceſſerit? Sic Eucratides, forte ex Menandri factione, Bactriorum, Demetrius Indiae potitus eſt, vnde poſtea inter vtrosque bellum ortum fuit. Quo autem tempore Menander Bactrios ſibi ſubiecerit, definiri a me non poteſt. Pertenuis res eſt, ex qua ſuſpicari poſſumus A. V. C. 562 Demetrium paternis opibus exutum iam fuiſſe. Quemadmodum Antiochum M. Demetrius adoleſcens et indole ingenii et ſpe virtutis ceperit, vt ei alterutra filiarum regiarum deſponderetur, ſupra a nobis expoſitum fuit. Hoc autem anno Antiochus Cleopatram filiam Ptolemaeo Epiphani elocauit, vt ex T. Liuio et Hieronymo in Danielem tempus ſtatui poteſt accuratiſſime. Et eodem fere tempore Antiochis filiarum altera Ariarathi Cappadoci, tertia Eu-

meni Pergameno elocatae fuerunt. Et potuit, earum vna Demetrio ex foedere in matrimonium data, Antiochi regnum aduerſus vim Parthorum a tergo defendi, dum ipſe ad Romanum bellum eſſet profectus, ſi Demetrii res adhuc fuiſſent integrae. Deſpicatui habitus videtur, quod a Menandro patrio regno eſſet exutus. Ante hunc autem A. V. C. 562. nulla veſtigia ſunt, quibus ad Menandri initia recte collocanda inſiſtamus. Ponimus igitur pro arbitrio A. V. C. 559 vt et ſatis multum temporis intercedat, quo Antiochus M. de Demetrii fortuna, ad conſilium de conditione filiarum capiendum, fieri poſſet certior, et ſatis item multum, vt, inde a pace cum Antiocho facta, Euthydemus compeſceret Capſiacas gentes filioque duce res eas in India gereret, per quas Demetrius tantam potentiam ſibi comparauit, vt, licet regno Bactriano ſpoliatus, tamen penitus opprimi non potuerit, Menandro autem mortuo, potuerit inuito Eucratide totam Indiam, quae Menandri fuerat, in poteſtatem redigere. Fateor equidem, mihimet me ipſum hic non ſatisfacere, tantum abeſt, vt aliis ſatisfacere me poſſe confidam: nihilo tamen minus ediſſerenda duxi, quae vtcumque inueſtigare et ad aliquam veri ſimilitudinem traducere potui, cum res tam magnas et multis de cauſſis memorabiles penitus ignorari dolerem.

XXXIV. EVCRATIDES, quo ex populo fuerit, non conſtat: cui ſucceſſerit, monumenta, tametſi obſcura, tamen exacta ad fidei formulas nobis perſuadent, Menandrum eum fuiſſe. Iuſtinus, cum de Mithridate Parthorum rege ſexto ſermonem inſtituiſſet, ad Eucratiden hunc

hunc flectens: *magni*, inquit, *vterque viri eodem ferme tempore regna ineunt.* Modo nunc initia Mithridatis alicunde cognoſci poſſent: nam Ioannis Valentis rationes nihilo magis ſunt probabiles, quam Onuphrii Panuinii. A. V. C. 624. cum Antiochus Sidetes bellum cum Parthis geſſit, iam Phrahaten Mithridatis filium regnaſſe inuenio. Haud item liquido conſtat, quanto ante eum tempore pater deceſſerit, deceſſit autem *glorioſa ſenectute*, vt Iuſtinus ait. (5) Sed cum ſub eodem Phrahate, Demetrii Nicatoris a Mithridate capti bis tentata fuga commemoratur, (6) non poteſt fieri, quin a prima fuga poſt mortem Mithridatis ſuſcepta, vsque ad cladem Antiochi Sidetae interceſſerint anni ſaltem quatuor, cum neque ita elabi potuiſſet altera fuga, neque deinde placide dimitti in Syriam, niſi diuturnitate temporis primum placatis cuſtodibus, deinde ad fidem habendam confirmato Phrahate. Nam poſt ſecundam fugam Demetrii infeliciter ſuſceptam, nudatis Parthorum conſiliis, Antiochum Sideten bellum occupaſſe ſcribit Iuſtinus. (7) Igitur A. V. C. 618. obierit Mithridates, neque ita poſt multo primam fugam ceperit Demetrius. Illa autem *glorioſa ſenectus* Mithridatis, non modo aetatem, ſed diuturnitatem quoque regni illius reſpicit. Oportet eum videlicet admodum mature ad regnum perueniſſe: nam Phrahates frater, qui breui tempore imperauit, huic magis, quam liberis regnum commendandum duxit. Cauſſam Iuſtinus longe repetit e media philoſophia, vt aliquid acute diceret. Nulla veroſimilior, quam quod impuberes poſt ſe relinqueret filios, quibus tantam rem credere non auderet. Fuit er-

go

(5) l. XLI. c. 6. (6) Iuſtinus l. XXXVIII. c. 9. (7) l. XXXVIII. c. 9. 10.

go Phrahates quoque iuuenis, cum obiret, et minor natu frater Mithridates fuit. Quamobrem huic quidem ſi annos viginti tribuamus, cum fratri ſuccederet, fortaſſis etiam nimium concedimus. Contra, annos eidem quinque et ſexaginta tantummodo in totam vitam adſcribemus. Ita Mithridates A. V. C. 573 coeperit regnare. Et hic annus eſt eiusmodi, vt ſi vel eodem, vel paullo ante, aut poſt Eucratiden regem coepiſſe dicamus et Menandri et Eucratidis cum anni tum res ad veriſimilitudinem cohaereant. Ceterum tres tantummodo Arſaces ante Mithridatem exſtant, quorum anni eduntur: primus Arſaces, Arſaces ſecundus Tiridates, et quartus Priapatius, Mithridatis pater. Iſtius in regno annos duos, illius ſeptem et triginta exactos fuiſſe Georgius Syncellus commemorat, huius denique annos quindecim edidit Iuſtinus. Sunt trium regum anni in vniuerſum quatuor et quinquaginta, reliqui deinde ad A. V. C. 573. anni quindecim, qui Arſaci tertio et quinto tribuantur, quorum huic breue regni ſpatium Iuſtinus, ſtatuit (8) illius nullum vsquam deſcriptum reperitur. (9) Itaque hic quoque nihil inuenio, quod noſtris rationibus repugnet.

XXXV. Ioannes Valens Eucratidem Demetrii filium, Euthydemi nepotem edit, ſed nullo vel leui ad ſuſpicionem argumento. Iuſtinus cum de hoc Eucratide agit: *Bactriani*, inquit, (10) *per varia bella iactati, non*

(8) l. XLI. 5. (9) Haud ſum ignarus, a Iuſto Ioſepho Scaligero in Excerptis Euſebianis p. 398. fragmentum quoddam chronologiae Parthicae inſertum fuiſſe, ſed numeri in eo deprauati videntur. (10) l. XLI. c. 6.

*non regnum tantum, verum etiam libertatem amiſerunt: ſiquidem Sogdianorum et Drangaritanorum Indorumque bellis fatigati, ad poſtremum ab inualidioribus Parthis, velut exſangues, oppreſſi ſunt.* Haud eſt abſurdum, Eucratidem initio cum Sogdianis et Drangaritis bellum geſſiſſe. Nam aliter has res concipere animo non poſſumus, quam, Menandro rege mortuo, Eucratidem Bactrianum regnum, ſeu vi ſiue iure occupaſſe, interim Demetrium Euthydemi filium ex prouinciis ſuis inuaſiſſe reliquam Indiam, quae Menandri fuerat. Eandem ſibi vindicaſſe videtur Eucratides, vtpote quam Menander, cui ſucceſſerat, deuinciuerit Bactriano regno. Quoniam autem Demetrius, non modo regiones eas obtinuit, ſed arma quoque vltra Gangem circumtulit, Eucratide eum minime laceſſente, tantum in eo ſuſpicionis eſſe adfirmo, vt iam ipſis lectoribus ſine mea argumentatione coniecturam facere permittam, quamtum hoc genus belli, quod Eucratiden diſtrinxerit, quamque diuturnum fuiſſe videatur. Drangaritae autem qui alii magis, quam populus in Drangiana? Eam Iſidorus Characenus vicinam Ariae prouinciam edidit. His tandem debellatis, Indiam et Demetrium ſumma vi petiit Eucratides. Iuſtinus: *multa Eucratides bella magna virtute geſſit: quibus attritus, cum obſidionem Demetrii regis Indorum pateretur, cum trecentis equitibus, ſexaginta millia hoſtium aſſiduis irruptionibus vicit: quinto itaque menſe obſidione liberatus, Indiam in poteſtatem redegit.*

XXXVI. Nunc hoc bellum Indicum in primis conſiderari oportet. Illo in bello Eucratidem, quod Demetrio

metrio regi fere ſuccumberet, cum Parthis ſocietatem contraxiſſe inuenio. Nam alii Indiam a Parthis, alii ab Eucratide occupatam et Demetrium tamen regem ab Eucratide tota India eiectum tradunt. Huius belli tempus Paulus Oroſius aliqua probabili nota definire mihi videtur. Primum ſcribit, a Mithridate Parthorum rege Babyloniam Demetrii praefecto eſſe extortam, *fines que eius vniuerſos*, ſeu vicinas prouincias: geſtum poſtea eſſe Indicum bellum, denique Demetrium regem, Syriae videlicet, ſuperatum captumque eſſe. Ita vero ille fatus eſt: (1) *Mithridates tunc rex Parthorum ſextus ab Arſace, victo Demetrio praefecto, Babyloniam omnem fines que eius vniuerſos victor inuaſit: omnes praeterea gentes, quae inter Hydaspen fluuium et Indum iacent, ſubegit: ad Indiam quoque cruentum extendit imperium: Demetrium ipſum ſibi ſecundo bello occurrentem vicit et cepit: quo capto, Diodorus quidam cum Alexandro filio, regnum eius et regium nomen vſurpauit, qui poſtea ipſum Alexandrum filium, quem particip m periculi in peruadendo regno habuerat, ne in obtinendo conſortem haberet, occidit.* Has ille res, multos vno ſermone annos complectens, ante M. Aemilium Lepidum C. Hoſtilium Mancinum Coss. ſeu ante A. Varronianum 617. ponit. Hiſtoria Miſcella, vt eſt ab ampliſſimo viro, Ludouico Antonio Muratorio edita, (2) pro *Demetrio praefecto* ponit *Demetrii praefectum* et pro *Diodoro*, *Diodotum*. Bene habet vtrumque. Nam Oroſius Demetrium Nicatora dicere vult eiusque apud Babylonem praefectum, cum de illius clade poſtea referens, alterum hoc bellum inter Mithridatem et

(1) l. V. c. 4. (2) p. 26.

et Demetrium nuncupauit. Extrema narrationis iſtius indignis foedata ſunt erroribus: ſed haud difficulter apparet, Oroſium in animo habuiſſe Tryphonem, quem Appianus Alexandrinus, Liuii epitome, et Strabo Diodotum vocant, tutorem, non patrem, Alexandri. *Alexandrum* enim, Alexandri Balae filium, Liuius et Appianus vocant, *Antiochum* Fl. Ioſephus. Demetrius Nicator a Mithridate captus eſt A. V. C. 613. cum a Graecis Macedonibusque in Babylonia atque Hyrcania, ex ſegnitie, cui ſe dediderat, ad recuperandas prouincias excitatus eſſet. (3) Eodem anno bellum hoc ſuscepit: nam Maccabaicarum priorum auctor, (4) diſerte ponit res iſtas in anno Seleucidarum 172. qui A. V. C. 613. menſe Septembri ſecundum Babylonios iniit, ſed ſecundum hunc auctorem a Niſan ſeu Martio fere menſe eiusdem anni V. C. Ante hunc annum bellum Indicum a Parthis confectum eſt, vt vel ex Oroſio apparet. Quo in bello Mithridates prouincias cis Indum occupaſſe videtur, dum Eucratides Demetrium reliqua India ſpoliaret. Diodorus Siculus in excerptis Peireſcianis: μέχρι τῆς Ἰνδικῆς διατείνας, τῆς ὑπὸ τὸν Πῶρον γενομένης χώρας ἐκινδύνευσεν ἀκινδύνως, *vsque in Indiam, quae olim Poro regi ſubiecta fuerat, profectus in armis, regionem illam ſine periculo ſubegit.* Graeci fere vbique Porum crepant, cum de India ſermo eſt. Neque enim veroſimile eſt, Mithridatem regiones intra Hydaspen et Indum occupaſſe, cum Eucratides reliquam Indiam eodem tempore ſubegerit, inter quam Indiam Bactriamque hae Pori

 pro-

(3) Confer Iuſtinum l. xxxvi. c. 1. et Ioſephum l. xiii. c. 9.
(4) c. XIV. 1.

prouinciae interiectae fuerunt. Suſcipi autem bellum Indicum non potuit, vel Oroſio teſte, antequam Mithridates Mediam, Hyrcaniam, Elymaida totamque Perſiam deuicit. Quas res non videtur aggreſſus, Demetrio Sotere ſaluo. At vbi turbari coeptum in Syria et Alexander Bala A. V. C. 602, Demetrium regno exuerat, inter prouinciarum diſtracta amborum fauore ſtudia, opportunitas Mithridati fuit, tot prouincias a Syriae regno auertendi. Numus Eucratidis, quem poſtea copioſius explicabo, annum 108. habet, ſine dubio epochae Bactrianae, qui annus ex noſtris rationibus A. V. C. 606. Septemb i menſe iniit. Igitur cum hoc in numo victoriae eius Indicae celebrantur, quibus vt Iuſtinus ait, *Indiam in poteſtatem redegit*, ante eum vtique annum a Demetrio rege obſeſſus et paene ad incitas redactus, Parthorum auxilia circumſpexit. Parthis autem ab vna regione Demetrium aggredientibus, Eucratides regem duplici diſcrimine occupatum media in India oppreſſit, cuius finem belli, anno vno poſt numum cuſum ſtatuo, ex iis rationibus, quas infra exponam.

XXXVII. Illum autem Demetrium, quocum Eucratidi bellum fuiſſe Iuſtinus teſtatur, Euthydemi filium fuiſſe, ex Strabone apparet. Nam teſtimonium illius ſupra produximus, ex quo nobis conſtat, hunc Euthydemi filium poſt Menandri regis fata totam Indiam occupaſſe. Fuerit Demetrius A. V. C. 548. cum inter Antiochum M. et Euthydemum patrem amicitiam conciliaret, annos natus duodeuiginti, minor eſſe non potuit, quando ille patris regnique ſui cauſſam, ita prudenter egit, vt ipſe dignus

gnus videretur Antiocho, qui regnaret: maior autem idem eſſe non potuit, cui filiarum aliquam rex deſponderet admodum infantem, quemque iis verbis Antiocho placuiſſe praedicat Polybius, vt aliquid amplius ſuſpicari nos oporteat, quod verecundia iubet reticere. Ex his conſequitur, Demetrium, cum regno exueretur, annos fuiſſe natum circiter octo et ſeptuaginta, raro exemplo principum. Fateor, haec initio me perculiſſe. Exſtant tamen exempla in illorum temporum principibus, qui multa domi militiaeque perpeſſi, ad grandem aetatem peruenerunt. Seleucus Nicator ſeptem et ſeptuaginta natus annos, Lyſimachus autem quatuor et ſeptuaginta praelio concertarunt: *ſed in hac aetate*, inquit Iuſtinus, *vtrique animi iuueniles erant, imperiique cupiditatem inſatiabilem gerebant.*

XXXVIII. Quando Apollodorus in Parthicis apud Strabonem, (5) Eucratidem non amplius, quam mille vrbes tenuiſſe teſtatus eſt, illa tempora reſpicit, cum ſolam Bactrianen teneret, non vero Indiam, quae ſola multo plures vrbes continebat, cum Artimedorus vel in regione intra Hydaſpen atque Indum ad quinque millia vrbium recenſeat, quarum nulla minor eſſet Co in Meropide. Itaque Eucratides, India ſubacta, merito titulum ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ſumpſit. Praeter bella, eundem de ordinanda re publica cogitaſſe inuenio. Teſtimonio eſt Eucratidia vrbs ab eo ſeu condita, ſeu aucta colonis. Strabo: (6) Ευκρατίδεια τοῦ ἄρξαντος ἐπώνυμος. *Eucratidia cognominis principi*, quam vrbem Cl.

 Ptole-

(5) l. c. (6) p. 356.

Ptolemaeus in Bactriis, ſupra Bactra, propius Zariaspa ponit. Perueniſſe eum ad ſummam ſenectutem inde mihi videor intelligere, quod filium in ſocietatem regni recepit. Neque vultus regis in numo ab hac opinione abhorret et diuturnitas regni illius ex magnitudine rerum a nobis euicta, id ipſum vel in primis poſtulat. Excitum vitae nactus eſt virtutibus rebusque geſtis indigniſſimum. Iuſtinus poſtquam de victoriis illius Indicis narrauit: *vnde cum ſe reciperet, a filio, quem ſocium regni fecerat, in itinere interficitur: qui, non diſſimulato parricidio, velut hoſtem non patrem interfeciſſet et per ſanguinem eius currum egit et corpus abiici inſepultum iuſſit.* Oneſicritus apud Strabonem (7) narrat, Bactrios et ſenio confectos et morbo, viuos canibus proiecciſſe dedita opera ad hoc edoctis, quos lingua patria ἐνταφιαστὰς *veſpillones* appellent, καὶ ὁρᾶσθαι τὰ μὲν ἔξω τείχους τῆς μητροπόλεως τῶν Βάκτρων καθαρὰ, τῶν δὲ ἐντὸς τὸ πλέον, ὀστέων πλῆρες ἀνθρωπίνων, *et videri quidem quae extra moenia ſunt metropoleos Bactrorum, pura, interiora autem magnam partem oſſibus humanis plena.* Sed errauit ſine omni dubio Strabo, cum, quae de ſepulturae talis ſane non humani moris loco, ſeparato tamen ab hominum turba et moenibus ſuis cincto Oneſicritus dixit, qua de re Thomas Hyde in hiſtoria religionis Perſarum ampliſſime perſecutus eſt, ea ad totam vrbem et moenia eius transtulit. Verum, eodem teſte Oneſicrito, hunc morem Alexander in Bactriis ſuſtulit et vel ex Menandri funere, quemadmodum Bactriani reges Graeco more in rogum fuerint impoſiti, conſtare nobis poteſt, vt nusquam aliquid excuſationis Theodoti hoc factum inueniat.

XXXIX.

(7) p. 356.

XXXIX. EVCRATIDES Eucratidis filius. Hoc nomen parricidae fuiſſe nusquam inuenio, ſed valido ratiocinio colligere mihi ſum viſus. Nam quaedam de Eucratide dicuntur, quae in illum ſuperiorem non cadunt: fuit igitur, cui illa conueniant, et ipſe dictus Eucratides. Cauſſa occidendi patris fuiſſe videtur, quod Parthis ſtuderet, a quibus fuerat adiutus. Nam filium animo ab iis auerſo fuiſſe, foedus illius cum Demetrio Nicatore contra Parthos demonſtrat. Iuſtinus, cum de expeditione Demetrii agit, (7) *eius aduentum non inuitos orientis populos vidiſſe* teſtatur, *et propter Arſacidae regis crudelitatem, et quod veteri Macedonum imperio adſueti, noui populi ſuperbiam indigne ferebant.* Sed Ioſephus hic crebras legationes commemorat rebus Demetrii ſtudentium, quibus excitatus denique fuerit: (8) καὶ γὰρ οἱ ταύτῃ κατοικοῦντες Ἕλληνες καὶ Μακεδόνες συνεχῶς ἐπρεσβεύοντο πρὸς αὐτὸν, εἰ πρὸς αὐτοὺς ἀφίκοιτο παραδώσειν μὲν αὐτοὺς ὑπισχνούμενοι, συγκαταπολεμήσειν δ' Ἀρσάκην τὸν Πάρθων βασιλέα. *nam Graeci et Macedones, qui iſthic regionum colebant, aſſiduas legationes ad eum miſerant cum mandatis, ſi ad ſe veniſſet, tradituros ſe ſuaque et vna debellaturos Arſacen Parthorum regem.* Macedonas dicit in prouinciis Medicis Perſicisque, quos Mithridates debellauerat, Graecos ex conſtanti ratione loquendi, quae apud priſcos ſcriptores de his rebus fuit, Bactrios et Indos. Nam Eucratidem cum ceteris contra Parthos pro Demetrio conſpiraſſe, Iuſtinus diſerte demonſtrat, in hunc modum fatus: *Demetrium adiutum Perſarum, Elymaeorum et Bactrianorum auxiliis fuiſſe.* Itaque nunc concludo, quando Demetrius contra Parthos, anno

(7) l. XXXVI. 1. (8) p. 443.

anno Seleucidarum 171 ſeu ante C. N. 142 mouit, Eucratidem hunc ſaltem tribus antea annis regnare atque inde pro Demetrio cum Macedonibus omni in Perſia conſpirare coepiſſe, vt tandem Demetrius poſt iſtas crebras legationes ſociorum, tantam ſpem animo conciperet.

XL. Et miretur adhuc quisquam, ſi tumultu hoc Syriaco celeriter ſedato, Mithridates aduerſus Eucratidem, concitatorem huius belli duxit. Id nobis Strabo perſuadet, cum infit: (*) ἀφείλοντο δὲ (οἱ Πάρθαι) καὶ τῆς Βακτριανῆς μέρος, βιασάμενοι τοὺς Σκύθας καὶ ἔτι πρότερον τοὺς περὶ Εὐκρατίδαν, *Parthi quoque partem Bactrianae ademerunt, Scythis victis et antea cum Eucratide bello geſto.* Prouincias, quas eripuerint, poſtea nominat: (9) τήν τε Ἀσπιώνου καὶ τὴν Τουρίαν ἀφῄρηντο Εὐκρατίδην οἱ Παρθυαῖοι. Fuiſſe tamen Eucratidem ſic ſatis adhuc validum, ex eo poſſis coniecturam facere, quod Mithridates ditionum quadam parte acquiſita conquieuit. Secutum eſſe bellum Scythicum, ex prologo primo atque quadrageſimo Trogi Pompeii ſentio. *In Bactrianis autem rebus, vt a Diudoto regnum conſtitutum eſt: deinde, quo repugnante Scythiae gentes Sarancae et Aſiani Bactra occupauere Socdianos.* Probabilis coniectura eſt Iacobi Bongarſii, legendum eſſe: *Bactra occupauere et Sogdianos.* Strabo autem cum de Scythis Nomadibus agit, quos inde a Volga, Caſpio mari atque Iaxarti praetendit, *Daas* cognomine citat, orientemque verſus *Maſſagetas* et *Sacas*. tum vero inquit: (10) μάλιστα δὲ γνώριμοι γεγόνασι τῶν Νομάδων οἱ τοὺς Ἕλληνας ἀφελόμε-

(*) p. 357. (9) p. 356. (10) p. 352.

λόμενοι τὴν Βακτριανὴν, Ἄσιοι καὶ Πασιανοὶ καὶ Τάχαροι καὶ Σακάραυλοι, καὶ ὁρμηθέντες ἀπὸ τῆς περαίας τοῦ Ἰαξάρτου, τῆς κατὰ Σάκας καὶ Σογδιανοὺς, ἣν κατεῖχον Σάκαι, καὶ τῶν Δάων οἱ μὲν προσαγορεύονται Ἄπαρνοι, οἱ δὲ Ξάνθιοι, οἱ δὲ Πισσοῦροι. *Maxime autem inclaruerunt ex Nomadibus, qui Bactrianam Graecis ademerunt Aſii, et Paſiani et Tachari et Sacarauli et qui impreſſionem ſecerunt ab vlteriori ripa Iaxartis, quae prope Sacas et Sogdianos eſt, quam Sacae tenent, et ex Dais, qui Aparni et Xanthii et Piſſuri dicuntur.* Strabonis *Aſii* et Trogi Pompeii *Aſiani*, iidem videntur, qui aliis Oxiani, ab اقصى *Akſai*, Oxo inquam fluuio. Nam fruſtra Bongarſius in Trogi prologo pro *Aſianis* repoſuit *Arrianos*. Ammianus Marcellinus (1) ſitum eorum deſcripſit: *circa defectus et crepidines montium, quos Imauos et Tapurios vocant, Scythae ſunt intra Perſicos fines Aſianae*, (ita enim malo, quam Gronouianum *Aſianis*) *contermini Sarmatis, Alanorumque latus tangentes extremum: qui velut agentes quodam in ſeceſſu coalitique ſolitudine, per interualla diſperſi ſunt longa, adſueti victu vili et paupertino.* Tachari ad orientem fere Bactriorum, vbi nunc ferme طخارستان *Tochareſtan*. *Sacarauli* videntur ex Sacarum populo fuiſſe. De *Paſianis* nihil inuenio. Sed in Trogi epitome interſeruntur etiam *Sarancae*, qui Plinii *Sarangae*, Herodoti Σαραγγαῖοι et Σαράγγαι, populus ad Sarangem fluuium. Ab his gentibus Bactrianum Graecorum regnum extinctum fuiſſe videtur. Nam in Trogi Pom-

N peii

(1) p. 292. ed. Gron.

peii prologo ſecundo et quadrageſimo, rebus Parthicis cum M. Antonio Triumuiro geſtis, *additae res Scythicae: Reges Toclarorum Aſiani, interitusque Saraucarum.* Bongarſius egregie *Tocharorum* repoſuit et pro *Sarducarum*, ſuſpicatus eſt, *Carduchorum* legendum eſſe. Quos vero mihi *Carduchos* dicit, vel *Carduchios*? Immo pro *Sarducarum*, credo ſcriptum fuiſſe *Sacarum*, qui populus poſtea ita validus eſt factus, vt totam Indiam occuparit. Hae vero res iam ad Eucratidem eiusque tempora non pertinent. Parthi enim Graecos in Bactriana ad extremum oppreſſerunt, et barbaros quoque victores Graecorum ſub iugum miſerunt. Nam in hunc Eucratidem conuenit, quod Iuſtinus ait: *Bactriani per varia bella iactati, non regnum tantum, verum etiam libertatem amiſerunt: ſiquidem Sogdianorum et Drangitanorum Indorumque bellis fatigati, ad poſtremum ab inualidioribus Parthis velut exſangues oppreſſi ſunt.* Poſt victum Eucratidem, res Parthorum geſtas fuiſſe cum iis populis, qui paullo antea Eucratidem adflixerant, Strabo loco ſupra citato diſerte teſtatur. Quare Caeſaris Auguſti aetate Sex. Propertius Bactrios et Seras *Parthae telluris alumnos* dixit. (*)

XLI. Nihil iam deinde magnopere de Bactriis apud ſcriptores noſtros reperio, niſi quod Periplus maris Erythraei ſub M. Aurelii Antonini aetatem habet: (2) μαχιμώταλον ἔθνος Βακτϱιανῶν ὑπὸ Βασιλέα ὖσαν ἴδιον τόπον, ita enim corrupte editum eſt a Ioanne Hudſone, qui de medicina huius loci non ſatis potuit ſecum con-

(*) L. IV. eleg. III. v. 7. 8. et 67. (2) p. 27.

conſtituere. Credo ſcriptum fuiſſe, ὑπὸ βασιλεῦσιν ἰδίοις ὄντων, *gens bellicoſiſſima Bactriorum, qui ſub propriis regibus ſunt*. Hi forte illi reges, quorum in prologo Trogi Pompeii mentionem factam memorauimus. Bardeſanes, qui extremis Parthici regni annis deceſſit, ſic, vt prope attingeret Perſicum, quod deinde fuit, imperante in orbe Romano Alexandro Seuero, de ſuis temporibus tradit, (3) Bactrianas mulieres omni cultus atque mundi elegantia, tum vnguento delibutas, prodire ſolitas in equis, multo cum auro et gemmis, longo cum mancipiorum comitatu et hoſpitibus omni matronali pudore poſito miſceri, nam *virorum* inquit, *iram minime metuentes*, σχεδὸν κυριεύουσιν ἀυτῶν, *fere viris dominantur*. Tantum potuit degenerare virtus. Poſtea Bactrii ſub Perſis fuere iisdem fere finibus, quibus Parthi tenuerant. Ammianus Marcellinus, (4) vbi Perſicas prouincias recenſet, *Bactrianos*, nominat, *Sogdianos*, *Sacas*, *Scythas vltra Emodon montem*, *Sericam*, *Paropaniſadas*.

XLII. Diximus in Eucratide ſuperiori, de numo illius argenteo ſtrictim, vt telam, quam exorſi eramus, pertexere poſſemus, nunc de hoc numo agemus explanatius. Eum vel ab Aſtrachano vel a Caſano, neque enim ſatis recordor, illuſtriſſimus Comes Iacobus Daniel Bruceus, inter S. Imp. Maieſtatis ſummos belli duces, virtute, fide, prudentia excellenti, his autem pacatioribus ſtudiis, quoad vixit, impenſe deditus, recepit. Vt ad nos tranſmitteretur, aegre obtinuimus, quod ſibi in



(3) In Euſebii Praeparatione Euangelica p. 276. (4) l. XXIII. c. 6.

multis cimeliarchiis verſato, vſumque in hac numaria diſciplina multorum ſtudio annorum conſecuto, de genuitate autem eius ſpondenti, credi oportere contenderet: ἔκτυπον enim illius dudum ad me Moscua et vltro quidem miſerat. Paucis ante obitum diebus expugnari tamen ſe eſt paſſus, vt eum ad Academiam transmitteret. Poſtquam autem diem obiit ſupremum, non tantum hoc numo, ſed toto eius numophylacio et cimeliarchio Muſeum Imperatorium accreuit. Nobis vero de genuitate numi dubitare non lubuit, et grauitatem tanti viri et experientiam reputantibus: neque nunc, poſtquam ipſi oculis noſtris ſpectauimus, licet. Pendet in exactiſſima bilance Leutmanniana $1\frac{1}{2}$ drachmam Colonienſem. Aduerſa inſigni eminentia et capitis et galeae: auerſa depreſſiori eſt area, ad modum numorum Lyſimachi et Syriae regum. Caput tectum eſt galea: ſub ea frontem diademate ſtringi, faſciae argumento ſunt, quae circum ceruicem fluitant. In auerſa duo equites cum tiaris Bactriis, ramis palmae et ſariſſis. Inſcriptio: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΕΥΚΡΑΤΙΔΟΥ et epocha ad latus HP annus 108. Hi equites vel Graeci ſunt in Eucratidis exercitu, vel Bactrii Macedonica diſciplina adſuefacti: ſariſſas gerunt, vt Macedones, tiaras vt Bactrii. Herodotus de Bactriis in exercitu Xerxis regis contra Graecos: (5) Βάκτριοι περὶ τῇσι κεφαλῇσι ἀγχότατα τῶν Μηδικῶν ἔχοντες ἐστρατεύοντο, τόξα δὲ καλάμινα ἐπιχώρια καὶ αἰχμὰς βραχέας. *Bactrii ornatum capitis perſimilem Medico gerebant arcusque arundineos, qualis arundo iſtbic gentium*

Tab. I. 1.

(5) l. VII. c. 64.

*tium creſcit et breues haſtas.* Geſtabant autem Medi τιάρας, quos vulgo Graeci πίλυς ἀπαγίας *pileos compactos* dicebant. Non poſſum hic illaudatum praetermittere Dionis Pruſaei Chryſoſtomi locum, qui in oratione de corporis cultu (6) ſic fatus eſt: ἔνθα γὰρ ἐνίοτε βλέπυσιν ἀνθρώπυς, τὺς μὲν τινας πίλυς ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς ἔχοντας, ὡς νῦν τῶν Θρακῶν τινες, πρότερον δὲ Λακεδαιμόνιοι καὶ Μακέδονες. ἄλλυς δὲ τιάραν καὶ ἀναξυρίδας, καθάπερ οἶμαι Πέρσαι τε καὶ Βάκτριοι καὶ Παρθυαῖοι καὶ ἄλλοι τῶν βαρβάρων. *Hic nonnunquam vident homines quosdam, gerentes in capitibus pileos, vt hodie Thraces nonnulli geſtant, quondam Lacedaemones quoque et Macedones: alios iterum tiaram et anaxyridas, puta Perſas et Bactrios et Parthos et alios praeterea barbaros.* Hos igitur tiaras in numo Bactriano cernimus: at loco breuium haſtarum videmus ſariſſas, quas Macedones illarum in locum ſubſtituerunt. Neſcio an operae ſit pretium, tamquam a Macedonico more tractum iudicari, quod equites ſint raſi, raſus item Eucratides. Nam Iulius Africanus in Ceſtis: (7) αὐτός τε γὰρ καὶ τὺς ςρατιώτας ἐκέλευσε ξυρᾶσθαι τὺς πώγωνας ὁ Ἀλέξανδρος, καί τινος ἐπιτιμήσαντος, ὅτι τῦ προσώπυ τὸν κόσμον ἀποκείρεις; ὁ δὲ, ἐκ οἶσθα γὰρ, ἔφη, ὦ ἀςράτευτε, πώγωνος ἐν μάχῃ μὴ εἶναι εὐκαιροτέραν λαβήν. *Ipſe enim Alexander milites in exercitu barbas radere iuſſit et reprehendente eum quodam, quorſum decus corporis abradis? tum vero ille, at neſcis, homo imbellis, nihil commodius in pugna prebendi poſſe quam barbam.* Sed nihil ex inſtituto Macedonum requiri



(6) p. 628. (7) p. 278. ed. Theuenoti. Εὐκαιροτέρας emendaui, vt litterae vnius mutatione ſenſus expediretur, qui antea erat, vt pleriſque in locis Ceſtorum nullus.

quiri hic patietur, qui ſecum conſiderabit, morem pervetuſtum in oriente fuiſſe, radi. Denique equites in nummo gerunt ramos palmarum, certum victoriae argumentum, quam Eucratides de Demetrio atque Indis reportauit, vt ſupra pluribus expoſui.

XLIII. Euthydemus inter foederis conditiones hoc praecipue apud Antiochum M. tenuerat, vt regio titulo, quem ſumpſerat, non priuaretur. At Eucratides, quod ex hoc nummo liquet, etiam ΜΕΓΑΛΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ nomine dignam potentiam ſuam iudicauit, in quo priſcos Perſiae Indiaeque reges, atque, qui tum erant, Parthicos aemulatus eſt. Regum nomen ita vulgabatur toto oriente inter minorum multitudinem principum, vt ſingularum quoque vrbium tyranni, reges dicerentur, ex quo apud Phaedrum in fabula, *rex vrbis*, et paſſim etiam apud Graecos veteres, annotante Euſtathio Theſſalonicenſi in parecbolis Homericis, viri ſapientia et auctoritate ante alios eminenti. Cum autem quorundam imperiorum maieſtas altiori in gradu collocata eſſet, regesque exiſterent, quibus ſeruirent reges, ex eo *reges regum* et *reges magni* dici coeperunt, qui alios ſub poteſtate haberent. Perſarum reges, ſicuti nunc پادشاه *Padiſchah*, Indis पातेंश *Padſcha*, ita olim fere شاهنشاه *Schahinſchah*, *reges regum* dicti. Ammianus Marcellinus: (8) *Perſis Saporem et Saan Saan appellantibus, quod rex regum interpretatur.* Itaque ΣΑ in nummo Phrahatis II meo iudicio neque

(8) p. 164. ed. Gron.

que vrbem, neque monetarium (9) ſignificat, ſed ΣΑΝΣΑ. Similiter in numo Pharnacis: ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΕΓΑΛΟΥ ΦΑΡΝΑΚΟΥ. ΣΣΑΝ, malo legere ΣΑΝΣΑΝ, quam cum Carolo Patino, qui numum primus edidit, ΟΣΣΑΝ vel cum Ezechiele Spanhemio refingere (10) ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ. Graeci ſane illum titulum enunciarunt, aut, veluti in Hippocrateis illis epiſtolis, Βασιλέα βασιλέων μέγαν, aut tantummodo τὸν μέγαν βασιλέα: iſta enim magis abhorrebant a conſuetudine Graecorum, (*) quamquam eo exemplo ἄρχοντα ἀρχόντων (1) et multa alia ſequior aetas dixit. Hoc autem μεγάλου βασιλέως vehementer delectati ſunt Graeci Aſiatici, qui ſub Perſarum poteſtate fuerunt, etiam deinde alii, ſi qui Perſicis opibus ſtudiisque obnoxii eſſent. Herodotus Halicarnaſſenſis, στρατεύεται βασιλεὺς ὁ μέγας et eundem in modum ſaepius. Athenienſes quoque τὸν βασιλέα ſine adiecto τῶν Περσῶν, vt in Iſocrate, Demoſthene, Platone, Ariſtophanis ſcenis. Nam Iſocrates vsque adeo negat, (2) Athenienſes *magnum* appellare, confeſſionem eam ſeruitutis opinantes. Plato vero in eo etiam luſit tertio de legibus, (3) cum Perſarum regem nullum ait vmquam fuiſſe, niſi nomine ſolo, *magnum*. Et Lacedaemonios quidem regi Perſarum hunc tituli honorem conſtanter negaſſe neutiquam ambigo, quando etiam Ageſilai regis ea in re iocus ſatis notus eſt: (4) Athenienſes vero

(9) Vt Vaillantius in hiſtoria Parthica ſtatuit p. 60. (10) De vſu et praeſtantia numismatum t. 1. p. 487. (*) Sic Graeci ſuum Agamemnonem vocitarunt, et eorum exemplo Cicero epiſt. ad Famil. l. IX 14. *Agamemnonem regem regum*, et T. Liuius l. XLV. c. 27. Velleius Paterculus l. 1. c. 1. (1) Conſtantinus Porphyrogenneta de adminiſtrando imperio p. 114. 118. ed. Band. (2) p. 154. ed. Vuolf. (3) p. 536. ed. Henr. Petri. (4) Vide Plutarchum in Apophthegmatis p. 190 et de ſui laude p. 545.

vero cur Iſocrates ſic ſeu liberos ſeu cautos fuiſſe glorietur, nihil cauſſae inuenio. Eius aequalis Plato in Lyſide, Euthydemo, Gorgia, de Legibus, paſſim τὸν μέγαν βασιλέα appellat, idque ille, tamquam, ſi Socrates ipſe, omnium Athenienſium longe liberrimus fuiſſet effatus. Ex eadem ſchola Xenophon, ab illo titulo, vt opinor, exemplo magiſtri non refugit. Nam Ariſtophanes populum Athenienſem iisdem temporibus ea cauſſa etiam irriſit, cum in Acharnenſibus Dicaeopolin πολιτικὸν, μὰ δία, ἄνθρωπον, inducit ita alloquentem Pſeudartabanum:

> Βασιλεὺς ὁ μέγας ἡμῖν ἀποπέμψει χρυσίον;
> *Nunquid rex magnus nobis mittet aurum?*

Hic quidem vtpote ſubſidiis contra Spartanos inhians ex adulatione, alii metu, vt Socrates in Platonis Legibus pungere eos videatur, καθάπερ νῦν τὸν μέγαν βασιλέα φοβούμεθα ἡμεῖς, plerique ex conſuetudine populi, quam philoſophi quoque ſecuti ſunt. Neque immerito. Dio Chryſoſtomus (5) Hippiam Eleum inducit, qui ex Platone doceret, ſolum Perſarum regem ob potentiam per Aſiam omnem vsque ad Indos, per Libyam denique, extentam, *magnum* vocitatum. Et cum Perſarum regnum dudum concidiſſet, ſophiſtae aliique priſci ſermonis aemuli, obſoletarum vocum quaſi ſpoliis ſuas ſoliti exornare diatribas, Perſarum regem haud fere aliter, quam τὸν μέγαν βασιλέα vocant, ſine adiecto gentis nomine. Maximus Tyrius (6) etiam Alexandrum

(5) p. 42. (6) p. 196. ed. Heinſii. Hunc locum Heinſius ad regem Perſarum incommode applicat. Alibi tamen p. 300. βασιλέα ſine adiecto dicit Perſam, veluti ſi non ſub Antoninis Romae, ſed Tyri ſub Artaxerxe aliquo viueret.

andrum M. ſic appellat, videlicet quod Perſas ſubegiſſet. Philo rectius traduxit ad deum, quem lubenter et ſaepe vero τὸν μέγαν βασιλέα nuncupat. (6) Poſtquam duces Macedonum, Alexandro defuncto et regia extincta domo, reges ſeſe appellari paſſi ſunt, fuerunt quoque, qui iſtum regis titulum vſurparent, quae res maiorum conſiliorum deſtinationem videtur continere. Inſcriptio Adulitana: ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΜΕΓΑΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ. Non mirum, in Alexandrinis, quibus omnia ſua viſa ſunt magna et Nilus quoque ſuus μέγας, vel, quemadmodum illi nonnumquam enunciabant, μεγάλος πόταμος, vt iam dudum Claudius Salmaſius monuit, dictus fuit. (*) Rara tamen illa in regibus Aegypti Syriaeque ambitio, quod quidem ex numis aut titulis lapidum conſtet, in M. Antonio autem etiam ridicula fuit. (7) At Parthi, cum caput extuliſſent in Aſia, hunc titulum Perſiae regum quaſi poſtliminio reduxerunt. Sic enim fere illorum in numis:

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΜΕΓΑΛΟΥ
ΑΡΣΑΚΟΥ. ΘΕΟΠΑΤΟΡΟΣ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ

In alio apud Nicolaum Haymum Romanum.

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ
ΑΡΣΑΚΟΥ. ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
ΔΙΚΑΙΟΥ. ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ
ΦΙΛΛΕΛΛΗΝΟΣ



(6) Vide eum de mundi opificio p. 12. 15. et 20. ed. Pariſinae; conf. eundem de Decalogo p. 752. (*) Fruſtra ſunt, qui Salmaſio ea cauſſa dicam ſcripſerunt, confer Alciphronem p. 236. et quae i i Stephanus Bergler monuit. (7) Plutarchus in Antonio p. 941. Dio Caſius p. 475. Numus apud Ioannem Valentem: CLEOPATRAE REGINAE REGVM.

Et in alio:

ΒΑΣΙΛΕΩΣ. ΒΑΣΙΛΕΩΝ
ΜΕΓΑΛΟΥ. ΑΡΣΑΚΟΥ
ΕΠΙΦΑΝΟΥΣ

Alii reges, vel aemulatione Parthorum, ad oſtentandam potentiam ſuam, vel, quibus quidem, minores cum eſſent, Romani conceſſerunt, ad irridendos Parthos et poſtea Perſas, vſurparunt. Sed Abgarum illum, de quo alibi dixi, Septimius Seuerus Imp. Auguſtus, certe vt Parthos vreret, nuncupauit *regem magnum*, quemadmodum Perſarum cauſſa poſtea Conſtantinus Magnus Anniballianum *regem regum* dixit, in Excerptis de geſtis Conſtantini a Iacobo Sirmondo primum editis. At Eucratides hic ſine controuerſia potentiam ſuam orientisque totius imperium oſtentauit, cum praeſertim vniuerſam Indiam ſibi deſpondiſſet, in qua dudum Sandrocottus μέγιςον βασιλέα ſeſe nuncupauerat, in qua etiam poſtea, rex *Belur* a Perſis Arabibusque عظيم من ملوك الهند Μέγας Βασιλεὺς τῆς Ινδίας et ملك ملوك الهند Βασιλεὺς βασιλέων τῆς Ινδίας dictus fuit, quemadmodum ſupra commemoraui.

XLIV. Argentum huius nummi ex metallis Bactrianis videtur fuiſſe, de quibus Photius ex Cteſiae Indicis: ἔςι ταυ̃τόθι ἄργυρος πολὺς καὶ ἀργύρεα μέταλλα, ὐ βαθέα, ἀλλὰ βαθύτερα εἶναι φησὶ τὰ ἐν Βάκτροις. *Eſt in India argentum multum, et aurifodinae ſunt non profundae, at profundiores Cteſias dicit in Bactris eſſe.* Vnde Straboni (8) Bactriana, πάμφορος *omnium rerum*

(8) p. 355.

*rum ferax*, excepto oleo. Ars in capite praeſertim nummi ſingularis, vt appareat, Graecos regionis affluentia allectos, non modo ex plebe, ſed ſubacto praeſtantes ingenio atque induſtria viros fuiſſe eximia. Si quem moueat inſcriptio illis in regionibus Graeca, huic primum numos, quotquot exſtant, Parthicos, eiusdem linguae inſcriptionibus inſignitos obiiciam, tum vero titulum tot regum Parthicorum ΦΙΛΕΛΛΗΝΩΝ proponam, vt ſecum quisque conſiderare poſſit, quanta poſt Alexandri M. res geſtas omni in oriente opinio nominis Graeci, artium vero Graecarum exiſtimatio fuerit: quae conſideratio, vt in eorum hiſtoria populorum eſt neceſſaria, ita in ipſius philoſophiae per has regiones fatis cognoſcendis erit perutilis. Graecos numos ab Graecis in Bactriis Indiaque regibus cuſos fuiſſe, auctor vetus peripli maris Erythraei diſerte teſtatur. (9) Poſtquam enim expeditionem Alexandri M. in Bactriana atque India commemoraſſet, ἀφ' οὗ, inquit, μέχρι νῦν ἐν Βαρυγάζοις παλαιαὶ προχωροῦσι δραχμαι, γράμμασιν Ἑλληνικοῖς ἐγκεχαραγμέναι, ἐπισημα τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον βεβασιλευκότων Ἀπολλοδότου καὶ Μενάνδρου. *Ab Alexandri M. temporibus hucusque in Barygazis antiquae promiſcuo in vſu ſunt drachmae litteris Graecis exaratae et memoria regum, qui poſt Alexandrum regnarunt, Apollodoti Menandrique.* Illorum autem numorum arte Indi praecipue videntur permoti, vt non modo in pretio eos haberent ob materiam, ſed etiam propter elegantiam in honore. Nam is ipſe auctor, dum merces in Barygazis ſtudioſe recenſet, denique ponit (10) δηνά-

O 2 ριον

(9 p. 27. ed. Hudſ. (10) p. 28.

ϱιον χϱυσοῦν καὶ ἀϱγυϱοῦν, ἔχον ἀλλαγὴν καὶ ἐπικεϱδειάν τινα πϱὸς τὸ ἐντόπιον νόμισμα, *denarios aureos et argenteos, qui quaeſtuoſo lucro cum moneta domeſtica permutantur.* Id ipſum Coſmas Aegyptius multis poſt ſeculis teſtatur, (*) de potentia Romanorum concludens, ὅτι ἐν τῷ νομίσματι αὐτῶν ἐμποϱεύονται πάντα τὰ ἔθνη, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ ἀπ' ἄκϱου γῆς δεκτόν ἐστι, θαυμαζόμενον παϱὰ παντὸς ἀνθϱώπου καὶ πάσης βασιλειας, ὅπεϱ ἑτέϱα βασιλεία οὐχ ὑπάϱχει τὸ τοιοῦτον, *quod omnes populi cum eorum numis mercatus inſtituant et omnibus in locis inde ab extremis orbis terrarum apud omnes homines omnique in regno, numiſma Romanum in admiratione eſt, quod alii regno ſimiliter non accidit.* Suppudet me ad hunc locum monere, cum Romanos appellat, Byzantios dicere Coſmam. De aureis nihil dicam, erant enim tum Romani ſoli, qui cuderent: ſed argenteorum cum moneta Indica permutatio quam lucroſa eſſe potuit, niſi Indi propter Romanorum artem numorum plus argenti ſui appenderint, quam penderent Romani?

XLV. Mirum autem magis eſt, quod Parthi, ſuperba gens, Graecis numos litteris ſignarint, quam quod Eucratides vel Apollodotus et Menander, Graeci homines. Scilicet ars illa fiandi numos cudendique ad barbaros a Graecis artificibus nondum emanauerat, et plenae erant poſt Alexandri expeditionem Graecis omnes illae prouinciae. Primum quidem ab eo tempore cum Graeci in Aſia ſub Perſarum ditionem redacti fuere et frequen-

tes

(*) Topographiae Chriſtianae p. 148.

tes in Perſiam commeare ſolebant, ſedesque iſthic capere et multis bellis captiui abrepti ſunt. Multo autem plures, quam alias, a Xerxe ſunt tranſportati, in quibus Branchidae Apollinis Didymaei proditores exercitum Perſarum vltro ſecuti et in Bactriana collocati ſunt, quorum vrbem ſacrilegii vindicandi cauſſa, Alexander a fundamentis diſiecit. (1) Sub Darii Codomanni ſignis Graecorum multi contra Macedonem militarunt. Sed plurimi ab Alexandro paſſim in Perſia, Bactriis, Sogdianis Indisque in coloniam ſunt deducti et a Seleucidis regibus ad ſtabiliendam hac via potentiam in ſupplementum miſſi, aut aliis commodis allecti. Alexander quoque ex barbaris, ingenuorum millia ad triginta, teſte Plutarcho (2) delegit, qui et bellum ex Macedonica diſciplina gerere diſcerent et Graecis artibus, ſermone denique Graeco inſtituerentur. Itaque huiusce vſus linguae apud omnes illas gentes in deliciis fuit, vt apud Parthos reges Graecae quoque tragoediae actitarentur, quemadmodum Euripidis Bacchae apud Orodem regem, cum maxime de P. Craſſi clade adferretur. Tanto autem poſt Eucratidem tempore, cum ad Caeſarem Auguſtum a Pandione Poroque Indiae regibus legati venirent, Nicolaus Damaſcenus; qui cum iis Antiochiae ad Daphnen egit, teſtatur, (3) habuiſſe eos ἐπιϛολὴν Ἑλληνικὴν ἐν διφθέρα γεγραμμένην, δηλοῦσαν, ὅτι Πῶρος εἴη γράψας, ἑξακοσίων βασιλέων ἄρχων, *epiſtolam Graecam in diphthera ſcriptam, quae ſignificarit, quod Porus ſexcentorum regum princeps eam ſcripſerit.* Multa eam in rem apud Philoſtratum, vbi Apollinis Delii et Amyclaei,

 Bacchi

(1) Strabo p. 356. (2) In Alexandro p. 691. (3) p. 96

Bacchi denique ſimulacra in India vidiſſe dicitur Apollonius. (4) Ridet illa ſtrictim Euſebius Caeſarienſis contra Hieroclem, (5) neque ego vero inficias eo, Apollonii iter Indicum inficetam eſſe fabulam, a Philoſtrato ad exagitandos Chriſtianos et contaminandos inſtructam, tamen, vt noui Philoſtratum, ſcriptores habuit Graecos homines, qui de rebus Indicis commentarios ediderant, ex quibus ille ſua haec ſibi viſus fuit feſtiue exornare poſſe. Ieiunos etiam iſtos, qui periere, quibusque vſus fuerit, vt ſunt, qui de his rebus ad nos peruenerunt, fuiſſe oportet, ſudauit enim magnopere Philoſtratus, vt aliqua inaudita Romanis, ad miraculum, et ad Apollonii exiſtimationem apud Chriſtianos proferret, vbi nos, qui hodie Indiam penitius cognouimus, eorum quae iſthic regionum ſine numero exſtant, noſtrorum hominum cognitione atque ſcientia digna, quaeque ambitioſe potuiſſet in commentarios ſuos referre, eorum ergo nihil reperimus. Nam Damis ille Ninius comes Tyanei et primus rerum eius ſcriptor, aut fuit nullus, ſic enim opinor, aut in India vtique non fuit. Quidquid eius rei ſit, narrat vtique nobis Philoſtratus, quidquid in Graecis ſcriptoribus reperit, quod dignum iudicauit, vt Apollonii immiſceret fabulis. Iam apud eundem et Phraotes rex Indiae Graece loquitur et Iarchas (6) ſummus Indorum pontifex (qualem hodie Indi appellant घोशाइ *Guſſain*) et Graece etiam nuncius ſapientum Indiae. (7) In his Phraotes rex narrat Apollonio, ſe a patre Graecis eruditum litteris, ſapientes autem Indiae, quos Graece doctos nanciſcantur diſcipulos

(4) p. 104. ed Olearii (5) p. 443. ſeq. (6) p. 107. (7) p. 102

diſcipulos, cupidius recipere, quam reliquos. (8) Non poſtulo, neque enim aequum eſt, vt quis ita Apollonio regem narraſſe credat, vel omnino Phraotem aliquem Indiae regem iis temporibus fuiſſe vt concedat: de Graeco ſermone in India non inuſitato, Philoſtratum alicunde accepiſſe, nequidquam dubitaueris. Nam et Coſmas Aegyptius, qui trecentis annis poſt Philoſtratum fuit, et a nauigationibus, quibus Indiam obiit, Indicopleuſtes dici ſolet, de Dioſcuriade inſula, quae nunc Socotora dicitur, (9) ἔνθα καὶ οἱ παροικοῦντες Ἑλληνιστὶ λαλοῦσι, πάροικοι τῶν Πτολεμαίων, τῶν μετὰ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ὑπαρχόντων καὶ κληρικοί εἰσιν ἐκ Περσίδος χειροτονούμενοι καὶ πεμπόμενοι ἐν τοῖς αὐτόθι, καὶ χριστιανῶν πλῆθος. ἣν νῆσον παρεπλεύσαμεν, οὐ κατῆλθον δὲ ἐν αὐτῇ. συνέτυχον δὲ ἀνδράσι τῶν ἐκεῖ Ἑλληνιστὶ λαλοῦσιν ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ Βάκτροις καὶ Οὔννοις καὶ Πέρσαις καὶ λοιποῖς Ἰνδοῖς καὶ πάσῃ τῇ χώρᾳ Περσίδος καὶ ἐκκλησίαι ἄπειροι καὶ ἐπίσκοποι καὶ χριστιανοὶ λαοὶ πάμπολλοι καὶ μάρτυρες πολλοὶ, καὶ μονάζοντες ἡσυχασταὶ, *vbi coloni Graece etiam loquuntur, coloni, inquam, Ptolemaeorum, qui poſt Alexandrum fuerunt: et clerici ſunt ex Perſia ordinati et miſſi eo et Chriſtianorum multitudo: quam inſulam praeternauigaui, neque tamen excenſionem in ea feci: congreſſus vero ſum cum viris, illic qui Graece loquuntur, quique in Aethiopiam veniunt: ſimiliter vero etiam in Bactris et Hunnis et Perſis et reliquis Indis et tota regione Perſiae, cum eccleſiae ſunt infinitae, tum epiſcopi multi et monachi heſychaſtae.* Vides ex

(8) p. 79.

ex narrationis ſerie, id quoque dicere voluiſſe Coſmam, cum in Bactris, tum in Hunnis (qui tum ſupra Indiam regionibus ampliſſimis colebant) et in India Perſiaque fuiſſe Graecos homines, aut qui Graece ſcirent, permultos.

XLVI. Itaque cum inde vsque a Cyri temporibus, Graecorum multi ſedes in extremo oriente ceperunt, ab Alexandro autem et vrbes Graecae paſſim conditae ſunt et coloni deducti, tum ad ducentos annos, tam Bactrii, quam Indi et ſub praefectis Macedonibus et ſub regibus Graecis fuere, iisque victis ad ſeptingentorum annorum memoriam, Graecos illis in regionibus frequentes coluiſſe reperimus, initis omnibus his rationibus ſubductisque, tamquam in calculo haec cogitationum mearum ſumma prodiit, fieri non potuiſſe, vt a Graecis Indi quaedam aliqua in parte doctrinae non cognouerint. Et videor mihi nonnulla deprehendiſſe, quae inde vsque adhuc ſeruent, in quo cenſu numerorum nomina pono. Aponam ea hic, primum, vt in ſuperiori India apud Multanienſes et Dellienſes efferuntur, quae quidem a Sonhhara Multanienſi, meo in hisce magiſtro cognoui, deinde vt apud Tamulos, Toluccos ſeu Varugos pronunciantur, denique Daknice, ſiue ſermone ſuperioris Indiae, quae maxime ſub Mogulis rerum dominis eſt, vt a Miſſionariis Danicis, viris amiciſſimis, accepi.

*Brah-*

| | *Brahman.* | *Tamul.* | *Toluk.* | *Daknice* |
|---|---|---|---|---|
| 1 | देक, *Heku* | *Egam* | *Ek* | *Ecum* |
| 2 | दुइ *Ddhu* | *due* | *dô* | *dujum* |
| 3 | त्राऽ *Tray* | *trini* | *tin* | *ſejum* |
| 4 | चारे *Tgjar* | *ſhatuari* | *tſchabâr* | *tſchabaram* |
| 5 | पाचे *Pangj* | *pantſchu* | *pangj* | *pandſchum* |
| 6 | छेह *Tſche* | *ſhattu* | *tſchæhe* | *ſchæſchum* |
| 7 | साते *Tzatte* | *ſapta* | *ſat* | *haſtum* |
| 8 | आटे *Aadgj* | *aſta* | | *haſchtum* |

| *Brahman.* | *Tamul.* | *Toluk.* | *Daknice* |
|---|---|---|---|
| 9 नाउ *Nao* | *nava* | *nov* | *nobum* |
| 10 दाह *Ndga* | *deça* | *dæs* | *dabum* |

Haec numerorum nomina velim vnusquisque cum Perſicis et Graecis conferat quibus hic adiungo Padtanica (*)

| *Padtanica* | | *Perſica* | | *Graeca* |
|---|---|---|---|---|
| ايك | *ek* | يك | *Iek* | Εν |
| دو | *Dô* | دو | *Du* | Δύω |
| تين | *Thîn* | سه | *Seh* | Τρια |
| چهار | *Tſchabàr* | چهار | *Tſchebar* | |
| | | چار | *Tſchar* | Τέσσαρα |
| پانج | *Pângj* | پنج | *Pengj* | Πέντε |
| چهي | *Tſchæha* | شش | *Scheſch* | Ἕξ |
| سات | *Sâth* | هفت | *Heſt* | Επτὰ |
| | | سته | *ſitte* | |
| ات | *Ath* | هشت | *Heſcht* | Οκτὼ |
| نو | *Nov* | نه | *Nob* | Εννέα |
| دس | *Dæſ* | ده | *Deb* | Δέκα |

Inten-

(*) Ex epiſtola R. Waltheri Tranquebariae x. Ianuar. 1735. Lingua haec dicta ab vrbe पयण *Patthana*, a Daknica, ſiue regionis *Ibakon* et *Dhakan*, lingua, (vide, quae ſupra p. 70. dixi) non niſi dialecto differt.

In tertio numero nullam Perſicam vocem inuenio, quae vel cum Indicis vel cum Graecis concordet: nam سه ſeh vel ſib longiſſime abit. Ceterum iidem Perſae multis aliis quoque numerorum nominibus vtuntur, quae partem ab Arabibus, partem ab aliis gentibus ſunt ducta. Sed videamus praeterea ordinalium numerorum nomina. Haec lingua Sacra *Kirendum* ſeu *Graentham*, *Daknicaque*, vir Reuerendus et integerrimus, Chriſtophorus Theodoſius Vualther, Miſſionarius Trangambarienſium eccleſiarum mecum humaniſſime communicauit.

| *Brahman.* | *Graendice.* | *Daknice.* | *Perſice.* | *Graece* |
|---|---|---|---|---|
|  *Ekam* | *Prattima* | فیلوان *Feiluwan* | اول *Awal* | Πρῶτος |
|  *Dhuttia* | *Dwitiya* | دوسروان *Duſura-wan* | دویم *Dujum* | Δεύτερος |
|  *Trittia* | *Triitiya* | تسروان *Tesrawan* | سیوم *Sejum* | Τρῖτος |
|  *Tſchot* | *Shaturti* | چوتهاوان *Tſchutae-hawan* | چهارم *Tſchaehairum* | Τέταρτος |

| *Brahman.* | *Graendice* | *Daknice* | *Perſice* | *Graece* |
|---|---|---|---|---|
| पंचमी<br>*Pangjemi* | *Pandſami* | پانچوان<br>*Pantſchu-wan* | پنجم<br>*Pangium* | Πέμπτος |
| षष्टी<br>*Chas-ſchi* | *Schaſchtmi* | چهتاوان<br>*Tſchab-th'avan* | ششم<br>*Schæſthum* | Εκτος |
| सातेमी<br>*Sattemi* | *Sçaptami* | ساتوان<br>*Satuwan* | هفتم<br>*Haftum* | Εβδομος |
| आकसंठमी<br>*Aſchtſchemi* | *Aſcht'a-mi* | اتوان<br>*Atth'uvan* | هشتم<br>*Haſchtum* | Ογδοος |
| नोमी<br>*Nomi* | *Nawami* | نوان<br>*Nawan* | نهم<br>*Nohum* | Εννατος |
| दसमी<br>*Dheſmi* | *Dæſchami* | دسوان<br>*Duſvan* | دهم<br>*Dahum* | Δέκατος |
| एकादसी<br>*Ekadſi* | *Ecadeſchi* | اكاروان<br>*Igarwan* | يازدهم<br>*Iazdahum* | Ενδέκατος |

*Brab-*

| *Brahman.* | *Graendice* | *Daknice.* | *Perſic.* | *Graece* |
|---|---|---|---|---|
| द्वादशी *Dwa-dſi* | *Dwadæ-ſchi* | بروان *Barwan* | دوازدهم *Duuazdahum* | Δωδέκατος |
| त्रदशी *Tre-dſi* | *Træyodæ-ſchi* | تیروان *Tirwan* | سیزدهم *Sizaahum* | Τρις καὶ δέκατος |
| चौदेश *Tſchodes* | *Shaturdæ-ſchi* | چودوان *Tſchaudwan* | چهاردهم *Tſchæhardahum* | Τέσσαρες καὶ δέκατος |

XLVII. Reuerendus Beniamin Schultzius, qui Madraſtae in litore Coromandelino eccleſiam Chriſto ex paganis colligit, Brahmanas haec numerorum nomina a Romanis accepiſſe exiſtimauit. (9) Haud equidem diſſimulare queo, in quibusdam formam Romanis potius congruere, quam Graecis, vt *ſepta*, *ſeptem*, *nava*, *nouem*. Conſideremus praeterea in progreſſione numerorum cardinalium, eorum rationem. In omnibus enim numeris cardinalibus, qui denarium proxime antecedunt, ita effari ſolent Indoſtani, *unawi*, αὐτὸ τῦτο, *vndeuiginti*, *vnatri*, *vnd triginta*, *vnatſchabeli*, *vndequadraginta*, *vnapanʒja*, *vndequinquaginta*. Et tametſi eiusmodi rationem Graeci quoque ſequuntur, tamen non video illam apud eos formam eſſe, quae in Romanis Indicisque quaſi ex

 con-

(9) Vide, Berichte der Daeniſchen Koeniglichen Miſſionarien in Ooſt-Indien Contin. XXI. p. 708. Cont. XXV. p. 114.

condicto eſt eadem. Nam in ſecunda decade Indi a Romanorum, Graecorum Perſarumque ſimilitudine diſcedunt, ita vero, vt in poſitione vniuscuiusque numeri, Romanorum magis rationem conſectari videantur, quam Graecorum, vt *jabh ra*, *vndecim*, *bhabhara duodecim*, *tehara tredecim*, *tſod a quatuordecim*, *pandrhna quindecim*, *zohola ſedecim*, *zattaranh ſeptemdecim*, *atſchbaranh octodecim*.

In numeris vero decadicis hic apud Brahmanas ſuperioris Indiae ordo ſeruatur.

वीह *wibh*, *viginti*, *wintſcha* apud Brahmanas Tamulorum

त्रीठ *trib*, *triginta*

चाठली *Tſabbli*, *quadraginta*

पंचा Pangjaa, *quinquaginta*

अटे *Ssatſch*, *ſexaginta*

आतार *Ssattar*, *ſeptuaginta*

आशी *Aſi*, *octoginta*

*Ne-*

नेवे *Newe*, *nonaginta*

ऋाउँ *Szao* ( monaſyllabum ) *Centum*

ऊजाउे *Ha-dgjaar*, *Mille*

In hisce, *wibb*, *tribb*, *ſzao* ad Romanos ſonos accedunt, ceteris discrepantibus. Sed quid adeo negotii cum Romanis fuerit Indis, non inuenio. Si Plocamus aliquis aut Romanus ciuis alius verſatus eſt in India, nihil hoc adhuc efficere potuit, vt Indi a paucis peregrinis, exiguo tempore inter eos verſantibus mercaturae cauſſa, numeros peregrini ſoni addiſcerent et cum ſuis commutarent. Reuerendus Chriſtophorus Theodoſius Vualther in epiſtola ad me et in aliis ad amicos, in hisce Indicis Perſici aliquid contineri obſeruauit, non obſcura ſignificatione animi eam in ſententiam propendentis, a Perſis accepiſſe Indos. Perſica numerorum nomina cum Indicis concordare, verum eſt: ſed Perſica etiam maximam partem Graecis tribuo auctoribus. Si qua in Indicis aut Romana nomina videntur eſſe, aut Perſica, ea non minus ſunt Graeca, praeſertim ſi omnes inter ſe conferas dialectos. Ita *ſapta*, *ſat*, *tzatte* ad *ſeptem* propius accedit, at Perſicum *heft* et Dacnicum *baſtum*, Graecam formam ἕπτα magis exprimit. Non vna vero in voce Graeca obſeruatum hoc fuit, quae ab adſpirata vocali ordiatur, a barbaris deinde gentibus ipſisque Romanis prolata ſit cum ſibilo. Nam eandem ob cauſſam ab Graeco

ἕξ

ἓξ factum *ſchattu*, *ſchæſchum*, *tſche*, *ſchattu*, *tſchæhe*, *ſcheſch*, *ſex*, Quid denique? quid magis conuenit cum *prattima* Indico? πρῶτος; an *primus*? aut Perſicum *awal*? cum *dvittija* δεύτερος; an *ſecundus*? an *dujum*? cum *trittija* τρίτος; an *tertius*? aut Perſarum *ſejum*? Enimuero, vir doctiſſimus, poſtquam cum eo communicaui, quae de Bactriano Graecorum regno adfecta in ſcriniis habebam, eodemque loco de his numeris meam illam ſententiam poſueram, pro iure ſuo et in communibus litteris, in id, quod veriſſimum ſit inquirendi, et dicendi libere ſententiam, ſibi declarauit opinionem meam minime placere: nam videri ea potius ex illorum genere eſſe nominum, quae ex communi maiorum noſtrorum lingua repeti oporteat. Hic equidem amiciſſimo viro vehementer adſentior, eſſe innumeras voces paſſim per orbem terrarum diſperſas, quae ex priſcorum parentum ſermone permaneant, eoue cautius in hisce eſſe aduertendum animum, ne vel ad cognationem earum gentium, quae iisdem vocibus vtuntur, vel ad commercium earum inter ſe, coniecturam temere expediamus: nam fruſtra ſunt, qui hinc etiam origines exquiri poſſe cenſuerunt, quae vel maiores teſtimoniorum auctoritates poſtulant, vel aliquam alicunde praeterea ductam veriſimilitudinem. Immo cum praeſtantiſſimus vir non adeo priſcas illas parentum noſtrorum ſtirpes reſpicere videtur, ſed propiorem aliquam populorum nondum inter ſe vel ſermone vel ſanguine disiunctorum conſociationem, *communem* enim *originem Scythicam* dicit, vnde haec nomina repeti malit, ne hic quidem diffiteor, fuiſſe quondam in orbe terrarum populos non ita multos, qui deinde excreuerint in multitudinem

nem, pepererintque gentes fere infinitas, quas nunc illo in corpore priſco agnoſcere difficile ſit; cenſeri autem neceſſe eſt, ſermone licet vehementer diſcrepante, propter aliarum commiſtionem ſtirpium, retinente tamen multa ex veteri neceſſitudine. Quam vellem multi excellenti ingenio viri, cum talibus in argumentis verſati ſunt, ad hos ſcopulos vt non impegiſſent. Ego vti hic diligenter, tamquam de ſpecula obſeruo, ſi tamen poteſt fieri, vt fallar ſaepenumero: neque enim hoc in ſalo qui curſus ſit, ſatis adhuc exploratum fuit. Mea autem in cauſſa velim, vt qui iudicaturi ſint, omnia quae ſupra dixi primum ſecum perpendant, deinde quaedam etiam alia. Nam in talibus argumentis oportet nos multa ad coniecturam faciendam coniungere, quorum ſaepe non eſt aliquid, quod per ſe, quae ſentiamus aut velimus efficiat, cuncta, haud raro etiam plus quam velimus. Inter cetera velim, vt quis praeterea ſecum conſideret, Perſas numerorum recenſione vti, non hac modo, quam produximus, ſed tum Arabicis quoque vocibus, tum aliis, ſono ab Graecis et Arabicis abhorrenti, quas apud Meſguinium Meninskium, ſi quis ſcire volet, requirat. Iam vel maxime omnium in gentium conſuetudine hoc poſitum ſentio, cum alias res omnes multis variisque nominibus nuncupent, in numerorum nominibus, quippe quae quotidie, omnium, etiam infimorum hominum in ore ſint, vna et ſimplici apellatione vt vtantur. Quare, ſicuti liquido conſtat, Arabica nomina cum Muhamedana ſuperſtitione ingreſſa, Perſicis ſuperinducta fuiſſe, ita cetera, quae diſcrepant, oſtendunt, alia vetera fuiſſe Perſarum, alia ob aliquam grauem cauſſam aliunde eſſe recepta. Iam

cauſſam in his, quae Graecis congruunt, video, vt vnde ducta ſint concludam, in aliis apparet nulla. Non videtur mihi cauſſa alia magis, vel priſca numerorum nomina in gente quadam abolere potuiſſe, vel noua ſubinducere, niſi vel religio, vt in Arabicis Perſarum, vel calculi quaedam doctrina atque inſtitutio. Non hic diſputo, an Germani a Romanis ſua numerorum nomina cum arte quadam acceperint. In his linguis atque in Graeca, non ita communis ſtirps et vetutiſſima neceſſitudo parentum exoluit, quin paene innumera veſtigia ſermonis quondam magis cognati, quam nunc eſſe videtur, remaneant. Hinc tamen numerorum Germanicorum nomina non auſim repetere. Nam aliis olim Germanos fuiſſe vſos, aliam quoque quam decadicam formam adhibuiſſe, vel ex ratione, qua *vndecimum* et *duodecimum* numerum appellant, a ceteris nominibus abhorrente, colligitur. Hoc me primum docuit, vir ſummus, Ericus Benzelius Epiſcopus Gothoburgenſis, nunc Lincopienſis, (10) cum in ſui populi vetuſta conſuetudine, id ipſum poſitum fuiſſe ſimul demonſtrauit. Nam Slauonicas gentes, cum ad Chriſtianam religionem adducerentur, illa nomina a Graecis accepiſſe, non eſt quod dubitemus. Alii populi, vt Lithuani, Aeſtii, Fenni, Morduini ceterique ſeptemtrionales, qui a Graecis vel Romanis nihil eius artis, aut ſero admodum acceperunt, priſca et diuerſiſſima numerorum nomina retinent. Quidquid deinde gentium Perſiae Indiaeque circumfuſum eſt, nihil cum his Graecis nominibus conueniens habent.

XLVII.

(10) In epiſtolis ad me ſcriptis A. 1730. XVI. Iulii et 1731. XII. Aprilis.

XLVIII. Vt vero Graecorum nomina numerorum, abolitis vetuſtis Indicis, ab omnibus in commune poſſent recipi Indis, id aliquam videtur maiorem cauſſam poſtulare, quam conſuetudinem ſolam cum Graecis. Itaque opinor id accidiſſe, cum Graeci Indos arithmeticam ceteraſque mathematicas diſciplinas docerent. Modo hic primum quisque magnificam illam de Indorum veterum ſapientia opinionem deponat. Cum Philoſtratus hoc maxime ageret, vt Apollonio Tyanenſi ex Indorum conſuetudine immortalem exiſtimationem adornaret, o fidem hominum! quantum in his rebus et ſermonibus ineptiarum eſt! Credas pueros micare digitis,

*Ludere par impar, equitare in arundine longa.*

Nimirum Philoſtratus, cum in ſcriptis Graecorum inſolitam Indorum ſapientiam quaereret, inuenit nullam: cum deinde tamen aliquid huiuſce rei animo informare vellet, infantiam ipſe ſuam prodidit. Et Indos quidem aliis quoque in rebus aliorum populorum inſtituta recepiſſe inuenio. Nam quae Maturinus Veyſſiere Lacroſus, vir immortalis, de Aegytiorum ſacris ad Indos translatis in libro de Chriſtianis Indis expoſuit, ea ſunt inuicta et plena luculentiſſimis auctoritatibus. Sed, ſi Indorum arithmeticam penitus cum Graeca conferre poſſemus, tum vero opinor de hac re facile tranſigi poſſe. Nunc duplici difficultate laboramus. Primum pauca tantum de arithmetica Indorum, Miſſionarii Danici, quorum et fidei et accurationi multum tribuimus, ad hoc tempus prodiderunt. (1) Deinde etiam de Grae-



(1) Vide Ooſt Indiſche Berichte T. I. p. 405. et T. II. p. 1024.

ca nondum ſatis habemus quod liqueat. Apollonii Pergaei, qui Ptolemaei Euergetae Philadelphi F. temporibus fuit, de arithmetica libri in bibliothecarum forulis neglecti ſepultique iacent. Eius veſtigiis Pappus Alexandrinus inſtitiſſe videtur. Sed eius Collectionis Mathematicae liber primus, eadem fortuna vrgetur, ſecundi partem magnam Ioannes Valliſius magno labore atque ingenio ex tenebris eruit. (2) Ex hoc tamen fragmento, quod quaerimus, nobis videmur ſtatuere poſſe. Graeci homines a Phoenicibus didicere, litteris ſuis numerorum poteſtatem tribuere, quod vel ex eo palam eſt, cum ordinem ſuarum litterarum interrumpant, vt quaſi poſtliminio recipiant litteras eas, quas veluti ſuperuacaneas ex ſcriptura ſua eliminauerant. (3) Eodem modo Tamulos video litteris ſuis vti, (4) ſed interrupto litterarum ordine et vaga quadam licentia. Quod mihi argumento eſt, Tamulos hunc ipſum numerorum litteratorum vſum ab alia gente Indica accepiſſe, eoue ad illius inſtitutum ſeſe accommodaſſe: ſimilem in modum, vt Arabes, quoties litteris vtuntur pro numeris, toties Ebraicarum ſeriem, non ſuam adhibent. (*) Iam hic, quod Ziphras nullas interſererent Graeci, vt neque hodie Tamuli, quibus ordines ad diſpoſitionem aequalem explerent, non potuit hic algorithmus noſter, iis vel in mentem venire: vnde mirifice ſe torquebant. Hoc liquido oſtendit Valliſius ex Pappo, Graecos (5) in multiplicando a maximis numeris perrexiſſe ad minores, eamque maxime

(2) Edidit primum A. 1688. deinde Tomo III. operum Valliſianorum p. 597. (3) Vide hic Valliſium in Matheſi Vniuerſali T. I operum p. 41. ſeqq. (4) Bartholomaei Ziegenbalgii Grammatica Damulica p. 8. (*) Conf. Anonymum Perſam de Siglis Arabum et Perſarum Aſtronomicis p. 2. (5) In Scholio p. 611.

xime in rem abacum Pythagoricum magnum adhibuiſſe, vt huius rationis principia ſaltem ad Pythagorae vsque aetatem referri oporteat. Sunt, qui Pythagoram in India fuiſſe tradant, quod monendum duxi, ne quis inde ea accepiſſe eum dicat: nam inficetum commentum iſta Pythagorae peregrinatio Indica eſt. Sed tota ratio calculi abacique iſtius vſus perſpici poteſt maxime in exemplo

| | |
|---|---|
| τκη | 328 |
| ἐπὶ ξγ | *in* 63 |

| | | |
|---|---|---|
| ξ ἐπὶ τ | Μυρ. α καὶ η | *Sexagies trecenta ſunt myrias vna et octo* clↄ |
| ξ —— κ | ασ | *Sexagies viginti ſunt* cIↄcc |
| ξ —— η | υπ | *Sexagies octo ſunt* ccccLXXX |
| γ —— τ | ϛ | *Ter trecenta ſunt* Iↄcccc |
| γ —— κ | ξ | *Ter viginti ſunt* LX |
| γ —— η | κδ | *Ter octo ſunt* XXIV. |

Talia exempla Eutocius Aſcalonita commentario ad Archimedis Κύκλου μέτρησιν complura inſeruit. Quemadmodum autem deinde in additione eorum numerorum ſeſe geſſerint Graeci, ex nullo auctore conſtat, cum primus Pappi liber in MSS. a Valliſio derelictus ſit. Sed vel ex hac forma apparet, eodem eos modo a maioribus numeris progreſſionem feciſſe ad minores, laborioſiſſimo ſtudio, donec in calculo ſumma exiret 20664. Is autem ipſe modus, ab Tamulis obſeruatur, quem beatiſſimus vir, Bartholomaeus Ziegenbalgius in exemplo protulit. (6) In fractionum arithmetica Tamuli eadem arte vtun-



(6) l. c. t. 1. p. 405.

vtuntur, et habent fractorum abacum. Id ipſum Graecos etiam ſecutos fuiſſe, ex Eutocii quibusdam exemplis didici. Quare hac Tamulorum de fractis doctrina conſiderata, Maturinus Veyſſiere Lacroſius (6) in hiſtoria Indiae eccleſiaſtica concluſit, hanc arithmeticam profecto veterem illam Graecorum Romanorumque eſſe, ex eaque duo Petronii loca, vnum Horatii elegantiſſime explicuit. Denique quod haec ars inter vniuerſos vulgata eſt, id ipſum mihi perſuadet ſententiam, quam propoſui, artem aliis, quam Indis auctoribus, in commune traditam fuiſſe. Vt nunc Indi in certa genera hominum diuiduntur, vbi quam vnumquodque genus vitae rationem aut diſciplinam a parentibus accipit, ab ea non poteſt diſcedere, aut alterius generis hominem ad eandem admittere: ita olim quoque fuiſſe, ex Arriani Indicis apparet. (7) In primo genere Sophiſtas ponit Arrianus, penes quos omnis philoſophiae doctrina fuerit. Haec reuera eſt familia ब्राह्मन *B-brahaman*, de qua autem Arrianus nonnulla admiſcet, quae proprie ad फकीर *Phakîr* aliquem pertinent: ſic enim Indi, *poenitentem et mendicum* vocant. Sunt vero eorum et genera varia et nomina. Qui ſeu extentis ſine intermiſſione brachiis, ſeu alio cruciatu corpus adfligit, अतीते *Athîd* dicitur, qui crines barbae et capitis creſcere ſinit, सन्नासि *Ssanaſsi*, (in Grantham et Te-

lunga

(6) Hiſtoire du Chriſtianiſme des Indes p. 489. (7) p. 324. ed. Gron.

lungu *Sannjàſi*, ) qui omnino omnes in corpore crines detondet, बेरागी *B-beragi*, qui aures vtrasque praeſcindit et *Mahandè* idolum adorat, जोगी *Dgjogi*, ( 8 ) qui vitam, peregrinando, quaſi in exilio agit, उदासी *Odaſsì*, qui annum vnum aut amplius verbum nullum profatur, मोनी *Monì*. Ceterum tribus eſt nulla, ex qua quis hos ſtatus ingredi nequeat. Hi ſunt veterum Gymnoſophiſtae et inſtituto ſuo et familiis diuerſi a Brahmanis. Quae nos propter frequentes in hac re noſtrorum hominum errores hic monenda duximus. Itaque ſi qua arithmeticae ars ab Indorum aliquo inuenta fuiſſet, ea certe intra domum vnam ſeu familiam ſe continuiſſet, quod quia nunc ſecus eſt, alios, vt dixi ſupra, auctores et magiſtros arithmetica eorum requirit, quam Indos. Quos autem, ſi rem ab omni parte excutias, magis, quam Graecos, qui inter Indos ſedes ſuas habuere et ciuitates et reges ?

XLIX. Huic noſtrae ſententiae nihil ita officere poſſe autumo, quam quod vulgo Indi, illius arithmeticae, qualem Europaei atque Arabes adhibent, auctores feruntur. Ex Perſis Ali Koſchgi et ex Arabibus Al Sepadi commentario in Abi Iſmael Tograii *Lamiatol Agjam*,

(9)

(8) Maffeio l. 1. p. 24. et Iarrico in Theſauro rerum Indicarum t. 1. l. 1. p. 61. *Iogues*. Petro de Valle Itinerarii t. 3. p. 218. ed. Germ. *Gjogbi*.

(9) eadem in opinione verſantur: ex Graecis vero Maximus Planudes, ἐν Λογιςικῇ Ἰνδικῇ τῇ λεγομένῃ Μεγάλῃ trecentis prope annis, poſtquam illam artem Arabes extulerant. Inſigne fragmentum libri illius Ioannes Vuallifius ex MSS. Bodleianis produxit. (10) Cum idem Planudes τζιφραν σημαῖνον οὐδὲν Indicam vocem exiſtimauit eſſe, vehementer fallitur: eſt enim صفر *Ziphr* plane Arabicum *nullitatis* nomen, quod deinde noſtri omnibus notis logiſticis imperitius attribuerunt. Neque placet nobis Valliſii Mathematicorum erudititiſſimi iudicium, cum ita fatus eſt: *Haud improbabile eſt, hos Arabas, qui ab Indis figuras numerarias acceperint, Graecis ignotas, ſimul inde didiciſſe tum earum vſum, tum profundas de illis ſpeculationes, quae neque Latini, neque Graeci prius nouerant, quam ab Arabibus tandem fuerint edocti.* Nempe figuras illas Hiſpanos primum a Mauris, Mauros ab Arabibus, Arabas ab Indis accepiſſe, in confeſſo eſt, multaque eam in rem Valliſius erudite obſeruauit. Arabes vero paullo poſt *Al Validum ebn Abdolmelek* Chalifam eas notas primum edoctos fuiſſe opinor. Nam eo imperante, ſimul Bactrianam, Sogdianam, Caſchgar, Indiam et Hiſpaniam a Mahumetanae ſectae populis occupatas fuiſſe reperio. (1) At cum hic Chalifa tantum ab A. C. 705 vsque ad A. C. 714 regnauit, fieri non poteſt, vt illius temporibus hae figurae logiſticae innotuerint receptae-

(9) Confer Ioannem Grauium ad Anonymum Perſam de Siglis Arabum et Perſarum Aſtronomicis p. 2. (10) Operum volumine I. p. 48. (1) Gregorius Malatienſis p. 201. et copioſius Georgius Elmacinus p. 70. Rodericus Ximenez Archiepiſcopus Toletanus in hiſtoria Arabum p. 8.

ceptaeque ſint a Muhamedanis. Immo cum Gregorius tradit, legem ab eo fuiſſe latam, vt ſcribae Chriſtiani rationum libros non Graecis exararent litteris, ſed Arabicis, cognoſce, quam ſtudioſus ſuarum litterarum fuerit, quam impatiens alienarum. Ipſam autem logiſticen Arabes ab Indis accepiſſe, cauſſam habeo grauem cur Vallifio non adſentiar. Qui enim fit, quod Indi ad hunc diem eam ignorent, quod, vel in abacis rationes ſuas exigant, vel illo ſuo ſtrigoſae arithmeticae difficillimo genere vtantur, ſi eorum maiores ante mille annos haec compendia tenuerunt? Itaque Indi harum naturam et commoditatem non ſenſerunt: Arabes ab iis nacti, deprehenderunt amplius, aut forte ne illi quidem, ſed Graeci inter Arabas. Id autem ante A. C. 754. contingere non potuit, cum *Abu Gjaafar ben Muhammed Almanſur*, regnare coepit. Nam ſub Chalifarum Ommiadarum diuturno imperio nullum doctrinae deſiderium fuit: odium magis et exſtirpandae eius conſilia ferbuere. Hic autem, qui ſecundus ex Abbaſidis ſeu Haſchemidis Chalifa fuit, et ante omnes alios ſeptimus, Abdalla Almamun, qui ab A. C. 818. regnauit, magno animo externarum doctrinarum ſcientiam tuendam communicandamque ſuis ſuſceperunt, interpretibus vſi Graecis hominibus et Syris. (10) Serius tamen Arabes ex his profecerunt, neque fere auſi ſunt a Graecis magiſtris diſcedere atque aliquid amplius meditando inueſtigare. Quamobrem inclinat animus potius, vt credam, ex Graecis fuiſſe quendam inter eos Mathe-



(10) Vide Gregorium Abulpharagium p. 246.

thematicum, qui hanc Logiſticam ex commoditate notarum ſenſerit et elaborauerit, quando praeſertim Archimedis ἐν Ψαμμίτῃ cogitata hic eum iuuare potuerunt. (1) Solas igitur numerorum notas ab Indis acceperunt Arabes: et ne earum quidem auctores fuere Indi, quippe quas a Seribus ex Sinicis formatas, compendio earum delectati, vſu vero ipſo inter mercandum, de quo alibi dicam, paene coacti, receperunt. Hoc vt demonſtrare
Tab. I. 3. poſſim, ponam notas illarum gentium hic in tabula. Sinicas aliunde non eſſe ductas, ipſa earum natura loquitur. Sic, vt ceterae litterae ex primis elementis ſunt conflatae, vti omnium omnino Sinicarum litterarum indoles eſt, vt rem ipſam, non ſonum vocis, pictura deſignent, ſic hae quoque numerariae ſunt factae. Hinc tantummodo obſerues, Sinos ταχυγραφοῦντας, in litteris ſuis et ductus multum deturpare et apices quosdam abiicere. Ita in Sinicis quibusdam MSS. eandem fere formam numerorum inueni, quae hic Iapanenſium eſt.



Hos autem a duobus Iapanenſibus, *Zoſée* et *Gónſa*, qui domi meae fuere, accepi. Brahmanum in ſuperiori India numeros a *Soubbara Multanienſi* adeptus ſum, meo in his aliquot menſium magiſtro. Tangutanos vero ex libro *Togan i bodurol*, (q. d. *numerorum aeſtimatio*) ſeu tabulis ſinuum, quae his numerorum notis, inſcriptionibus vero Tangutanis et Calmucicis ſupra humanam fidem eleganter excuſae atque haud ita

(1) Vide omnino Valliſium in Notis ad Arenarium p. 537.

ita pridem a Ioanne Renato, ab exilio Calmucenſi reduce mihi monſtratae, inde Holmiam deuectae ſunt. (2) Tangutanos autem hoc magis reſpiciendos iudico, quod hic populus in Tibeth Sinis vicinior, prius numeros ſuos inde cognouiſſe atque ad Indos prodidiſſe videtur. Quod equidem factum opinor, cum Indi mercatores apud Seras Tibeti incolas pretia ſaccis inſcripta ex numeris cognoſcere didicerunt, eodemque modo mercaturam peragere ſuis mercibus eodem genere numerorum inſcribendis. De hac conſuetudine in commentatione de Scribus dicam amplius. Baneanenſes numeros, ſeu populi वांणिआ *B-bania*, in मारेवारे *Márewaar* et जेसलमेरे *Gjeſſelmære*, ſuperioris Indiae ex Tauerniero huc tranſtuli. Iam cum Sini χαμαιφόρως ſcribant, ea cauſſa hi quoque numeri apud eos ad legiſticam inepti fuerunt. Quare cum Ieſuitae hanc artem Sinos docere inſtituerent, aliam viam inierunt, quam ex libro 表 蘊 精 理 數 *ço ly cim ven piaô*, ſeu ex Adriani Vlacci Goudani Magno canone triangulorum logarithmico, a Tribunali Mathematicorum regio Pequini edito cognoui. Nam numeros



(2) *Numerus* illic Tangutice གྲངས *Rang*, Calmuccice ᠲᠣ To vocatur.

ros a ſiniſtris verſus dexteram diſpoſuerunt. Eodem modo et Tangutani et Indi, cum in tanta litterarum diuerſitate vniuerſi tamen a ſiniſtra ad dexteram ſcribant, idem in figuris numerorum ſecuti ſunt. Sed repererunt iidem magnum illud compendium collocandi numeros ita, vt eorum quantitas ex ſitu cognoſci poſſet, inanibus ſpatiis nihilo minus per *nullitatis* ſigna expletis, cuius eos admonuiſſe videtur Sinicus character τῶν δίκα, nam natura eius eſt alia. Fuit illa priſcorum mortalium in annumerando ratio, vt a minoribus ad maiores eſcenderent numeros. Ebraeos dico et Graecos: manet aliqua huiuſce moris forma apud Germanos. At Sini, vt quisque numerus poteſtate eſt maior, ita eum in ſermone ſuo ſcriptisque ante alios ponunt. Si maiori praefigant minorem cardinalem, multiplicandum toties maiorem eſſe indicant: nam poſterior collocatus, ad maiorem additur, hoc modo:

Lo cie v pe pa xe ſu
*Sexies mille*, *quinquies centum*, *octies decem* (et) *quatuor*

id eſt: 6584. Sed iidem ſolent compendii cauſſa haud raro ſic ſcribere et pronunciare; *v pa ſu*, 584. Qui ordo ſane is ipſe eſt, quem vt commodiſſimum ſenſerunt Indi, et cum ab Sinis non omnibus in numeris poſſet eodem modo adhiberi,

五
八
四

hanc difficultatem Indi per ziphram ſuſtulerunt. Ita, inquam, Indi in hanc tam egregiis ceterarum gentium in-

uentis

uentis arithmeticis aptiſſimam rem inciderunt, de qua ipſi nihil quidquam ſentiebant. Arabes, quamquam haec ratio a ſiniſtris ſcribendi, contra eorum morem erat, tamen hoc inſtitutum ſeruarunt ex Indica forma, tamquam tali in re nihil audentes, quod argumento eſt, eos ſaltem initio, cum in rationariis libris has figuras commoditatis cauſſâ adhibere inſtituerent, ignoraſſe, quemadmodum arithmeticae poſſent inſeruire: nam alioqui maiores numeros facili negotio a dexteris, ceteros deinceps a ſiniſtris collocaſſent, vt reliquae ſcripturae ſuae congruerent.

L. Quemadmodum de arithmetica diximus, ita de muſica cuperem adiungere. Audiui ſaepe *Sonbhara* et *Nrbobotam* Indice cantantes, variis modis: audiui deinde nobilem virum Mangjurenſem, *Dgjaugam*, cantantem Sinice: quid quaeris? vna et eadem muſica eſt, vt ſi audiſſem hominem Italum carmina canentem, deinde eadem Gallum, iisdem modulis, eodem manuum geſtu, nam hic quidem illa in muſica perneceſſarius eſt. At cum hic *Dgjauga* vel Mandgjurice cantaret vel Mungalice, quae tum erat diuerſitas! Mungalica enim, addo et Calmuccicam, Coſacorum et Cirkaſſenſium placidae melancholiae congruit, Mandgjurica tota eſt militaris. Illa autem Sinica, tum Indica, multum artis variationisque habet, quam cum Graecorum praeceptis lubenter contuliſſem, neſcio enim quid animus mihi praeſagiebat, niſi me muſicae ignariſſimum magnitudo rei vel a tendando abſterruiſſet. Sed in temporum rationibus Graecas formulas extremum orientem peruagatas fuiſſe inuenio. Epo-

 cham

cham Bactrianam in numo Eucratidis, cum A. ante C. N. 148. congruere, caput autem eius ab anno ante C. N. 255. aſſurgere, noſtra opinio fert, deinde formam annorum menſium dierumque ſecundum enneadecaeterida Metonis fuiſſe inſtitutam. Nam, primum haec forma ab omnibus populis, qui Seleucidarum imperio ſubiecti fuerunt, recepta eſt: deinde eiusdem ad hoc tempus veſtigia in oriente ſuperſunt. Non vniuerſi autem, qui hoc vterentur cyclo, ab vno eodemque cardine exorſi ſunt. Boeoti vel a Decembri Iuliano extremo, vel a Ianuario ineunte, Athenienſes a Iunio vel Quinctili, Corinthii et Siculi a Sextili, vel Septembri, Babylonii, vt ex Claudio Ptolemaeo et poſterioribus Maccabaicis Henricus Dodwellus demonſtrauit, intra Septembrem fere et Octobris duos primos dies, alii, vt ex Flauio Ioſepho et prioribus Maccabaicis idem exhibuit, intra XI. Martii Iuliani et et VIII. Aprilis. Nam nunc ne attingam quidem ea, quae Henricus Noriſius in epochis Syro Macedonum diligenter exſecutus eſt. Nimirum vt quaeque gens ſeu a vere, ſiue ab autumno ſolita fuerat annos recenſere, ita cyclum Metonicum ſuis moribus accommodauit. Bactrios annorum recenſionem a vere inſtituiſſe autumo. Id ipſum ex eo concludo, quod iſta ratio ad hunc diem in Bucharia obtinet, quamquam in vſu ciuili Muhammedanorum anno lunari locum dedit: nam agreſtium operibus inſeruire viſa, adhuc diligenter excolitur. Et haec quoque eſt, quam منجمان خطا وايغور *Aſtronomi Cha-*

*taiae*

*taiae et Oiguriae* et حكماى ختا وتركستان *Sapientes Chataiae et Turceſtaniae*, vt Vlugbegus Princeps. aut potius Naſſireddin Ettuſaeus loquitur, ſecuti ſunt. Chataeos cum dicit Naſſireddin, aperte Sinenſes indicat: nam Turcae illi, ſunt populi Mungalici et Calmuccici, ad quos Abulgaſus Bahadur Chan etiam Oiguraeos refert. Quemadmodum in India nunc ſit, Chriſtophorus Theodoſius Vualther, vir doctiſſimus, in Doctrina temporum Indica expoſuit, quam ex illius idiographo huic libello ſubiiciemus, vt Sinica cum Indicis comparari queant. In Metonico cyclo, ſecundum Dionyſium Petauium, (4) intra nouemdecim annos ſeptem menſes intercalabantur, hoc modo, vt in eo anni $III^{us}$ $VI^{us}$ $VIII^{us}$ $XI^{us}$ $XIV^{us}$ $XVII^{us}$ $XIX^{us}$ menſium eſſent tredecim. (5) Plane ita de Sinica Enneadecaeteride, quae nunc procedit, R.R. PP. Ignatius Koegler, Antonius Pereyra, Carolus Slavicek in epiſtola ad me: (6) *Menſium intercalandorum ratio his temporibus haec vnica eſt, vt ille intercaletur, in quo ſol nullum zodiaci ſignum ingreditur, quod quidem contingit, anni tertii menſe* 5°. *anni ſexti menſe* 3°. *anni octaui menſe* 8°. *anni vndecimi menſe* 6°. *anni decimi quarti menſe* 4°. *anni decimi ſeptimi menſe* 3°. *anni denique decimi noni menſe* 7°. *Sed*, inquiunt, *hic ordo*

(4) In Doctrina temporum t. 1. p. 121. (5) Henricus Doduellus in Cyclis p. 46. ex Gemino, primae Enneadecaeteridos embolimaeos menſes ſic ſibi viſus eſt diſponere poſſe, vt eſſent, anno IIIo. Vo. VIIIo. XIo. XIIIo. XVIo. XIXo. Sed difficile hoc eſt ex Gemino colligere. (6) Pequini 1732. XII. Sept.

*ordo perpetuus non eſt, quia 8∂ et □□ in calendario accommodantur motui luminarium vero.* Ita nimirum, dum de caelo obſeruatur, ſecundum haec principia, exactiorem nunc in Sinis Enneadecaeteridos rationem eſſe oportet, quam fuit olim. Sed ne in Metonica quidem eadem ſemper fuit. Nam Henricus Doduellus (7) ex Gemini Iſagoge oſtendit, octo enneadecaeteridas totam periodum Metonicam confeciſſe, annorum videlicet 152. Quo quidem opus non fuiſſet, ſi in vnaquaque enneadecaeteride eadem embolimaeorum obtinuiſſet forma. Menſes omnes in cyclo Metonico pleni 125. caui 110. fuerunt: illi inquam, dierum 30, hi dierum 29. ὥϛε μὴ ἄγεσθαι ἕνα καὶ ἕνα κοῖλον καὶ πλήρη, ἀλλὰ καὶ δύω ποτὲ κατὰ τὸ ἑξῆς πλήρεις, τοῦτο γὰρ ἡ φύσις ἐπὶ τῶν φαινομένων ἐπιδέχεται πρὸς τὸν τῆς σελήνης λόγον, inquit Geminus, (8) *ita vt non vnus poſt alterum agatur cauus et plenus, ſed vel duo nonnunquam continuentur pleni, hoc enim natura in apparentibus admittit ad lunae rationem.* Hic mihi ea conſidera, quae in Parergo Sinico diximus. Ceterum, quemadmodum Sini menſes embolimaeos non aliquo certo nomine ex cyclo ſexagenario appellant, ſed eodem, quo praecedens quisque menſis dictus fuerat, ſic apud Graecos quoque fuit, vt, cum Thucydides Ποσειδεῶνος προτέρου mentionem iniecit, ſatis perſpicuum eſt, eodem nomine etiam fuiſſe δευτέρου. Idcirco opinor, etiam Indos *menſem intercalarem*

(7) l. c. Confer Geminum in Dionyſii Petauii Vranologio editum p. 37. (8) p. 37.

*larem* दुतीक *Dbutbik*, quaſi *ſecundum* appellare. Menſis quoque nomen apud Indos Graecum eſſe videtur, माहिना *Mahina*, Perſis ماه *Mâb*, nimirum Μὴν. Et dies hebdomadis, Indi, cum ſecundum eosdem planetas, quibus eos Graeci attribuerunt, referre ſolent, vt mihi videtur, Graeca voce Ημέρα corrupta, *wâr* dicunt, hoc modo:

| | | |
|---|---|---|
| आदीत:वारे | *Adeto-waar* | Solis dies |
| सोम:वारे | *Somo-waar* | Lunae dies |
| मंघोलो:वारे | *Manghul-waar* | Martis dies |
| बोद्ध:वारे | *Budh-waar* | Mercurii dies |
| विरो:वारे | *Wiro-waar* | Iouis dies |
| शुकोरो:वारे | *Tſukkúro-waar* | Veneris dies |
| चंतचन:वारे | *Tſchantſchun-waar* | Saturni dies |

Extra hunc cyclum hebdomadalem, *diem* देउ *Dbebu* vocant. Calendariorum conficiendorum doctri-

na apud Indos in arcanis habetur. In बनारेस *B-banares* ſeu काशी *Kaſcba*, eorum Academia, पढेत *Pandbut*, quidam quaſi Aſtronomus, calendaria conficit, quae per totam ſuperiorem Indiam diuendantur. Satis autem conſtat, non ex obſeruatione caeleſti et calculis aſtronomicis confici, ſed ex vetuſtis tabulis, quae in illius domo in qua fuerunt dudum, ſimul cum omni illa arte manent.

LI. Quid igitur potius ſtatuemus, Graecos eum cyclum vel a Sinis, vel ab Indis accepiſſe, an Indos a Graecis, rerum in India atque Bactriana dominis, ab Indis denique Sinos? In Graecia ſane illius exſtant incunabula: iſthic vagiit, iſthic alitus eductusque lacertos mouere coepit et propemodum iam ſeneſcere, cum Graeci rerum in India potiti ſunt. Nam cum ludorum tempeſtates certae apud priſcos Graecos eſſent ſtatutae, quae res poſtea in religionem vertit, inde illa cura ſapientes homines occupauit. Accedebat inſtinctu eorum, vt opinor, vt Graeci ab oraculo monerentur, *κατὰ τρία* ſacrificari oportere, videlicet ſecundum *annos, menſes, dies*. Itaque cum ſolaris annus in Graecia ſemper fuiſſe videtur, rudis tamen, Thales Mileſius, vt ſolis lunaeque motus inter ſe conciliarentur, Ionicis vrbibus in Aſia circiter Olympiadem XLV, vt Henricus Dod-uellus.

nellus cenſet,(9) trietericum ſuum cyclum propoſuit, ſiue ipſe luminarium inter ſe diſcrepantiam obſeruauerit, ſiue ex Babyloniorum forma Nabonaſſarea animaduerterit. Primi ſane aſtronomi ex Graecis in Aſia fuerunt, vt vero perquam ſimile ſit, eos ex Chaldaeorum ſchola profeciſſe. Tamen ob ludorum ſacrorumque religionem non ſunt auſi Nabonaſſaream formam anni recipere, ſed difficultatibus illis ingenio medebantur. Vbi in trieteride incommoda mature apparuerunt, tetraeteris tentata eſt, vt vna quarta pars, quam 365 dies in motu ſolis non explere ſentiebant, reſtitueretur. Hunc quoque Cleoſtratus emendauit--octaeterico inſtituto cyclo, circiter Olympiadem LIX. Harpalus vero circiter Olymp. LXXI. heccaedecaeteride propoſita. Meton denique Athenienſis circiter Olympiadis LXXXVII. 1. Artaxerxe Longimano in Perſis regnante, ipſo belli Peloponneſiaci principio enneadecaeterida confecit, cum de Indicis rebus Graeci in Aſia quam parum tenuerint, ex Herodoto cognoſci poſſit, illorum temporum ſcriptore. Et gentes, quae vaſto interuallo erant interiectae, tum quidem vt maxime Nabonaſſarea forma delectabantur, quae, quia pars Indiae cum tota Bactriana et Sogdiana, ſub Perſis fuit, ad extremum vsque orientem penetraſſe videtur. Contra ea, quae opportunitas poſtea fuerit Seribus in Tibetano agro a Bactriis ceterisque illo in tractu Macedonibus et Graecis rerum dominis Metonicam enneadecaeterida cognoſcere, ex iis quae ſupra exſecuti ſumus, liquere puto. Nam ab Indis Sini etiam ſacra deo-



(9) In Cyclis p. 170. 171.

deorum et putidas mythologias, tamquam a ſapientiſſimis hominibus, miſſis vltro legatis expetierunt, quidni ab iisdem temporum hanc formam receperint? Quae cum προβληματικῶς expoſuiſſem, RR. PP. Ignatius Koegler et Andreas Pereyra non modo non repugnarunt, ſed confirmarunt me quoque vehementer. (3) Cyclum, inquiunt,
" Metonicum ἐννεαδεκατηρίδος a Graecis ad Sinas perua-
" ſiſſe, problematice quidem, quod ais, ſed coniectura
" ſatis veroſimili adſtruis: certe periodi decemnouennalis
" explicitam mentionem in monumentis Sinicis ante dy-
" naſtiam 漢 *Han* vix reperiri opinamur: tamen an-
" teriorem aliquam apud Sinas intercalandorum menſium
" methodum fuiſſe, quam a Graecis eam poſſent accipere, inde
" euinci videtur, quod in antiquiſſimo libro, 經 書 *Xu*
" *Kim* legatur, Imperatorem 堯 *Iâo*, delectis ab ſe
" aſtronomiae et calendarii praefectis tradidiſſe regulam
" eiuſce intercalationis atque in priſcis annalibus 秋 春
" *chun çieu* appellatis, aliquoties notati occurrant
" embolimaei menſes, ſiue 月 閏 *jún jue*. (*) Verum
" eſt

(3) Epiſtola Pekini 1734. VII. Kal. Sextil. ſcripta. (*) Bis tantummodo in hoc Confucii libro occurrunt. Anno 37. cycli XXXV. et Anno

" eſt, haud liquere, qualis fuerit primaeua illa intercalandi
" regula, quisque ordo intercalationis ſit obſeruatus per bis
" mille et amplius annos vsque ad dynaſtiam *Hán*: omnes-
" que poſteriores aſtronomos Sinas lamentari, priſcam
" illam regulam tum neglectu et non vſu, tum
" famoſa librorum exuſtione (anno ante aeram Chriſti
" 213.) deperiiſſe et abolitam fuiſſe. Quodſi poſtliminio
" periodus 19. annorum ab exteris ad Sinas peruenit, pro-
" babiliter coniicere licet, id accidiſſe ſub Imperatore
帝 武 孝 H*iáo vu ty*, qui 140 annis ante Chri-
" ſtianam aeram coepit regnare. Conſtat enim ex hiſtoria
" Sinenſi, dictum Imperatorem primo per exploratores, de-
" inde etiam miſſis exercitibus communicationem aperuiſſe
" cum variis regnis occidentalibus, quae indubie reſpondent
" Indiae cis et trans Gangem, Mogori, Bactris, Sogdianae
" atque etiam Perſidi, adductis inde exterarum linguarum
" rerumque peritis. Idem Imperator poſtea anno regni
" ſui $37^{mo}$. ante Chriſtum $104^{o}$. ſolemni edicto, non
" tantum anni Sinici formam et principium (integro tri-
" meſtri iam a 117 annis anticipatum) ad morem ſub
" prima dynaſtia 夏 H*ia* vſitatum reduxit; ſed nouum
" praeterea calendarium 初 太 *Tay çu* nuncupatum

 " inſti-

48. cycli XXXVII. vtrimque hieme. Sed quoniam ſimul cum eclipſibus dies menſium frequentes nominibus ex cyclo ſexagenario hoc in libro notati ſunt, ex iis forma annorum temporibus illis quae fuerit, facile poſſit indagari. De qua re alias.

" inſtituit, ac promulgauit: quod vtique hauſtis ex
" occidente notitiis, (ſecundum tua placita) perficere pro-
" num fuit: tametſi Chronographi Sinae more ſuo penitus
" diſſimulent, ab exteris eiusmodi quid accepiſſe. (*) Cete-
" rum ſeries intercalandi, ſiue annos, ſiue menſes ſpectes,
" non vna eademque ſemper apud Sinas obtinuit; ſed pro
" varia Aſtronomiae et calendarii reformatione, per
" ſingulas ferme dynaſtias facta, pariter immutata ali-
" terque diſpoſita fuit; vti ex cuiuſque dynaſtiae faſtis
" liquet.

(*) Egregie me nuper in ſententia mea confirmarunt, quae in R. P. Antonii Gaubilii Obſeruationibus Mathematicis p. 118. ſeq. legi, quaeque omnino ſunt digniſſima, vt heic a lectoribus noſtris expendantur.

CHRI-

CHRISTOPHORI THEODOSII

# WALTHERI

*MISSIONARII DANICI APVD*

*TRANGAMBARIENSES IN INDIA*

# DOCTRINA TEMPORVM INDICA

EX LIBRIS INDICIS ET BRAHMANVM

INSTITVTIONE A. C. cIↄ Iↄccxxxiii.

TRANGAMBARIAE DIGESTA

---

SIMVL CVM

PARALIPOMENIS RECENTIORIBVS.

---

# CHRISTOPHORI THEODOSII WALTHERI

*Miſſionarii Danici apud Trangambarienſes*

# DOCTRINA TEMPORVM INDICA

## I. De Minutis.

INdi plebeii horam ſuam deſcribunt in 360 *Nod'î*, h. e. *crepitus digiti circum caput gyrati.*

*Nota.* Sic Chronologia ipſorum *Trigâla-ſâccâram* (q. d. *Tritemporis*, h. e. *diei cyclus* appellata,) menſuram temporis adoritur. Eſt quaſi fundamentum dierum 360.

2. Aſtronomi autem adhibent ſcrupula prima *Winâd'i*, et ſecunda *Calâ* dicta, quae non peculiaribus nominibus, ſed numeris tantummodo recenſentur.

*Nota I.* Nempe admodum nonnullorum aſtronomorum, qui antiquitus Ptolemaeum Peluſiacum ſecuti ſunt, 60 partes diei ciuilis item partiuntur in 60 minores et has in 60 minimas. (*)

(*) Auctor in epiſtola ad me 1735. 10. Ian. ſcripta: *Adſcribo hic quae obſeruauit Claudius de*

“ *Chales in Curſus Mathematici* Tom. III. f. 586.
“ Nonnulli, *inquit*, Aſtronomi diem in 60 ſcru-
“ pula prima partiuntur, et haec ſcrupula prima
“ in ſcrupula ſecunda et ita conſequenter: ita ſin-
“ gulae horae duo ſcrupula prima diei cum di-
“ midio ſibi vindicabunt: haec tamen methodus eſt
“ antiqua, et a ſolo Ptolemaeo vſurpatur. *Scilicet Ptolemaeus Alexandriae floruit, vbi methodus iſta antiquitus in vſu fuit, atque inde, vt in Indiam et hinc in Sinam ita et in Palaeſtinam migrauit. Sic haud obſcure colligo, ex Ahazi ſciaterico gnomonico, in quo Ieſaias regi Ezechiae optionem permiſit, vtrum vmbram per* 10 *gradus progredi, an totidem regredi velit.* (II. Reg. XX. 9.) *Adeoque gradus iſtos horarios vicenarium numerum exceſſiſſe conſtat. Babylonii contra, quorum principes, miſſa legatione in prodigium illud inquiſiuerunt*, (II. Chron. XXXII. 31.) *diem in* 12 *horas* καιρικὸς *partiti ſunt. Herodoto enim teſte*, (Hiſt. L. II. II. *c.* 9. 10.) τὰ δυώδεκα μέρεα τῆς ἡμέρης παρὰ Βαβυλωνίων ἔμαθον Ἑλληνες, *duodecim diei partes a Babyloniis Graeci didicerunt.* R.R. Miſſionarii Trangambarienſes in epiſtola ad me 1735. 30. Dec. data: “ Mithrae τριπλασίυ ſa-
“ cra μνημόσυνα Dionyſius Areopagita a receſſu
“ vmbrae in *Achazi* regis horologio deriuat. (Vi-
“ de Seldenum de diis Syris proleg. c. 3. p. 31.)
“ At nimis coacte ſupponitur, continuam illam
“ lucem XXXII. horis inaequalibus conſtitiſſe,
“ quarum XII diem *artificialem*, (vt Aſtronomi loquun-

" loquuntur, vt Chronologi, *ciuilem* ) bis autem
" XII. et VII ſynecdochice *triduum* conficiunt.
" Felicius forſan ſupputantur *ter decem* horae vnius
" diei i. e. XXX *Nârbigey*, vt pluribus anno
" praeterito ſignificauimus.

*Scholion.* Ergo minutum Indicum aequale eſt Europaeis ſecundis 24.

*Nota II.* Sed in libro Graendico *Bhû-colam*, i. e. *Terrarum orbis*, (*Bhu* Tamulice *Pûmi*, idem quod Perſicum بوم *Bûm*, οἰκουμένη) ſequentes temporum gradus recenſentur I. *Trudì* h. e. *momentum*, quod impenditur traiiciendo acum flori nymphaeae. II. Centum talia momenta efficiunt *Lawàm*. III. Horum *Lawàm* triginta, ſunt *Nimiſchàm*. IV. Viginti ſeptem *Nimiſchàm* excurrunt in *Gurw-ækſcharam* h. e. *moram longae vocalis*: V. Decem eiusmodi morae dantur τῷ *Prânam*. VI. Horum 360. aequipollent τῷ *Winâdi*, quorum 60 conſtituunt horam. Alius auctor Samanaeus, cui Graendicum nomen *Amará-çimbam* (i. e. *Deorum leo*,) talia temporum ſcrupula edit. 1. Duodeviginti *Nimiſchàm* dant *Càſchdtam*. 2. Horum triginta ſunt *Calà*, ſeu ſcrupulum ſecundum. 3. Horum triginta inſumuntur in *Kſchænàm*, vnde Tamuli *momentum temporis* vocant *Schenà-parbudu*. 4. Horum duodecim efficiunt *Mubûrtam*, ſeu bihorium.

# II. DE HORIS.

Horae Brahmanice, ſeu in *Graendam* lingua vocantur *Gh'adica* ſeu *Nâdi*, Dacnice گهري *Gahrì*, Tamulice *Nârhigei*.

*Nota*. Aſtronomi numerant quoque ſecundum numerum phaſium lunae, 15 bihoria, quae *Mubùrtam* appellant, vt modo dictum eſt.

2. Hora vna eſt $60^{ma}$. pars diei ciuilis.

*Scholion*. Ergo horae Indicae $2\frac{1}{2}$ aequales ſunt vni Europaeae: vna hora Indica aequalis eſt noſtris 24 minutis.

3. Praeterea Tanſchauri et alibi, more Indoſtanico, dies naturalis in 12 partes diuiditur, dato aeris ſigno, quod *Tàs* appellant.

*Nota*. Initium diei cum Babyloniis et Graecis recentioribus faciunt oriente ſole, ita, vt hora noſtra ſeptima ſit eorum prima. Perſicum طاس *Tâs* proprie ſignificat *peluim* ſeu *diſcum* ex metallo paratum, quem pulſant ad normam clepſydrae طاس‌نما *Tâs-nomâ* ſeu ὡροσκοπεῖον dictae, (a نمايدن *Nomâyiden*, *monſtrare*) h. e. vaſculi aenei fiſtulati et in hydria poſiti, vnde aqua guttatim vsque ad os ſcaturit, idque demergit. De Sinis ſimile quid tradit Muſeum Sinicum tom. II. p. 336.

4. Vnaquaeque hora diuiditur in duas ſemiſſes et quatuor quadrantes.

*Nota.* Semiſſis horae aequalis eſt Europaeis minutis 12. quadrans autem Europaeis minutis 6. Ille in calendario notatur lineolis duabus verticalibus, hic vero vna. Diuiſio haec plurimis gentibus eſt communis. Nomen ſemiſſis Tamulicum eſt *Arey-nârbighey*, et quadrantis *Câlnârbighey*, Graendicum autem *Arta-gh'adicà* et *Pâda-gh'adicà*. *Câl* et *Pâdam* proprie ſignificant *pedem*, ſpeciatim *quadrupedis*, Graendice *Saduſih-pât*, Perſice quoque چهار پا *Tſchahâr-pâ* dictae.

5. Hora etiam diuiditur in ſedecim *Wîſam*.

*Nota.* Quaeuis ſedecima pars ab arithmeticis Tamulis vocatur *Wîſam*, ſeu vſitatius *Mâ-gâni*. In Kalendario notatur, noſtro ſigno diuiſionis (–) ita vt et duplicetur. (=) et triplicetur (≡) Reſpondet Europaeo ſeſquiminuto. Sic hora Sinica diuiditur in octo *ke*.

6. Numerantur autem 30 *Nârbighey* et 12 *Tâs* diei, ab ortu ſolis vsque ad occaſum: tum iterum 30 *Nârbighey* et 12 *Tâs* alia vsque ad ortum ſolis.

*Nota.* Horae Indicae in vita ciuili ſunt planetariae ſeu Iudaicae h. e. inaequales, praeſertim ſub finem diei et noctis.

*Ortus et occaſus nobis hic indicat horas;*
*Hunc penes arbitrium eſt et ius et norma diei.*

Sunt ſic ſatis aequales ad vitae ciuilis vſum his in locis, quae fere ſub perpetuo aequinoctio ſunt ſita, vbi vix ſentiri poteſt diei, aliquid decedere, niſi cum ſol in tropicis ipſis verſetur.

7. Kalendariographi tamen vniuscuiusque menſis die, praeſertim duodecimo, aut decimo tertio obſeruant diſcrimen horarum diurnarum, quod *Aba'ſcu* appellant.

Nempe in Aprili et Auguſto $30^{\circ}.\ 48'$. in Maio et Iulio $31^{\circ}.\ 26'$. in Iunio $31^{\circ}.\ 42'$, in Septembri et Martio $30^{\circ}$. in Octobri et Februario $29^{\circ}.\ 12'$. in Nouembri et Ianuario $28^{\circ}.\ 34'$. et in Decembri $28^{\circ}.\ 18'$.

## III. DE DIEBVS.

Dies generatim dicitur *Nàl* Tamulis, et *Dinàm* Brahmanis.

*Nota*. Hoc altero et Tamuli pro *quotidie* vtuntur. Speciatim autem dies *ciuilis*, (vt eum Chronologorum more dicemus, quem Aſtronomi malunt nuncupare *naturalem*; accuratius enim Chronologi lo-

loquuntur,) apud hos appellatur *Râ-pahghèb*, νυχθήμερον, apud Brahmanas autem *Abô-râtrum*, ἡμερονύκτιον. Tamulicum *Kürhamei* ſ. *Külamey* conuenit quodammodo cum Ebraeo Chaldaico شبت *Schabbat*. Abſolute adhibetur pro hebdomade, addito autem praenomine proprio, etiam pro die hebdomadis, pariter ac *Sabbatum* apud Syros, Araces, Mauros et Perſas Chriſtianos.

2. Dies ciuilis diuiditur in 60 *Nârhighey*: naturalis, cuius initium eſt ab ortu ſolis, in 30. *Nârhighey*, ita vt alia 30 nocti tribuantur.

3. Praeterea diuiditur in octo *Sâmam* ſeu *excubias*, ita vt vnaquaeque contineat horas Europaeas 3. Indica *Nârhighei* $7\frac{1}{2}$.

*Nota* 1. Tamulicum *Sâmam* et Grændicum *Yâmam*, Perſiae et Indoſtaniae incolis dicitur پهر *Pahær*, *quadrans*. Nam diem pariter ac noctem diuidunt in quaternas partes, vt olim Iudaei. (*) Romani quoque noctem in quatuor vigilias diſtribuerunt, exemplo Graecorum, apud quos τετράμοιρος νυκτὸς φρουρά. At *Sâmangoel* iſta peculiari nomine non perhibentur, ſed numerantur: primum ſecundum et quartum *Samam*.

*Nota* 2.

(*) Nehem. IX. 3. Matth. XIV. 25. Non Pompeii demum temporibus, vt Grotius ad h. l. vult. Conf. Relandi Antiquitates Ebraeae P. IV. c. 1. §. 18.

*Nota* 2. Quales ſunt horae Indicae, tales ſunt excubiae, h. e. ſic inaequales ſunt, vt inaequalitas in vita ciuili, cuius vſui inſeruiunt, plus aut minus ſentiatur, prouti vnusquisque locus in India ſitus eſt.

# IV. DE HEBDOMADE.

Hebdomas eſt dierum 7. Tamulice dicitur *Kurh'ameì* ſeu *Külamey* et Grændice *W'âram.*

*Nota.* Appellatio haec conuenit quodammodo cum Ebraeo et Chaldaico ܫܒܬܐ, Σάββατον, *Ferìa* abſolute, vt ſupra diximus.

2. Vnaquaeque dies nomen a planeta habet, et quidem ab eodem, a quo noſtri dicuntur dies.

*Nota.* Nominatio iſta aſtrologica originem communem debet Aegypto. Ipſe autem cyclus hebdomadum admodum vetus et paene vniuerſalis omnium gentium eſt.

*Scholion.* Indi planetas numero nouem habent nomine *Nava-græbàm*, Tamulice *Nava-kregàm*

| *Grændice* | *Tamulice* | |
| --- | --- | --- |
| 1. *Aaditjæbà* | *Nâjru* | Sol. |

ce

*Nota.* Dicitur etiam apud Brahmanas *Mitrabà*, i. q. Perſice مهر *Mithras*, nec non Tamulice *Sûrien* et Grændice *Sçûrjabá*. Ab eo proſapia regum quorundam *Sûrja-wangſham*, ſicut alia a luna *Sçôma-wangſham* nomen habet.

2. *Sçômabà* — *Tingôl*, Luna.

*Nota.* *Sándiren* quoque audit, Grændice *Sandrabá*, vnde nomen, regis Indici, vti exiſtimabatur, Σεληνηγενέος, *Sandrocottus*, cui Seleucus Nicator bellum mouit. *Tingœl*, *Lunae* et *Menſis* nomen, vt Perſicum ماه *mâh* et Sinicum *yve.*

3. *Angâracabà*, ſeu *Mangalabà* — *Sevvâj*, Mars

4. *Bud'abá* — *Pudèn*, Mercurius

5. *Brahaçpatibì*, ſeu *Gurubù* — *Wiàrb'am*, Iupiter

6. *Shucrabá* — *Wolli*, Venus

7. *Shanibi*, vel *Mandabà* — *Sani*, Saturnus

8. *Rhâhubu* — *Râgu*

Serpens niger, qui e capite gigantis a *Wiſchtnu* occiſi natus, permiſſu *Wiſchtnu* in ſolem, quem prehendit, virus ſuum effundit, ex quo *eclipſes ſolares.*

9. *Kétubu* — *Kèdu*

Serpens ruber, qui e trunco reliquo eiusdem gigantis ortus, dicto modo *eclipſes lunares* efficit.

*Nota I.* Duo poſteriores ſunt planetae caeci ſeu ficti, Europaeis caput et cauda draconis dicti, ſeu alio nomine, nodus adſcendens et deſcendens, quorum ſigna ☊ et ☋ ex dimidiato ſerpente ∾ nata ſunt. Sol et luna in iis, ſeu prope eos poſiti, deliquium patiuntur. Sic ſecundum ſaniorum opinionem ſol et luna deficientes obteguntur tantum a ſerpentibus illis, id quod ſignificat Graendicum *Vparâgam*, *eclipſis*, licet aliud eclipſeos nomen *Græhanàm*, Tamulice *Crânam*, proprie *prehenſionem* denotet.

*Nota* 2. De Sinicis quoque aſtrologis Nicolaus Trigautius de Chriſtiana expeditione apud Sinas l. 1. c. 5. *Audio*, inquit, *vereri eos*, *ne* (ſol ac luna) *a ſerpente*, *neſcio quo*, *per id tempus*, (defectionis) *ſorbeantur*. Proinde planetae laboranti eos ſubuenire ait, *aereis cymbalis* ad numerum pulſatis. Id quod etiam ſibi volunt *aera auxiliaria* lunae apud auctores Romanos.

3. Nomina dierum in hebdomade haec ſunt.

| *Grændica* | *Tamulica.* |
|---|---|
| ☉ 1 *Aaditja-wâram* (*) | 1 *Najtu-kürhamey* |
| ☽ 2 *Côma-wâram* | 2 *Tingöl-kurhamey* |

(*) Ex epiſtola auctoris 1735. 10. Ian. *Hebdomadem Indi noſtri exordiuntur a Dominica*, *ſed annum in calculatione chronologica a maioribus praeſcripta*, *a ſexta feria*: *anni autem verum initium in quamuis feriam incidere poteſt.*

♂

| | | *Grændica* | *Tamulica* |
|---|---|---|---|
| ♂ | 3 | *Angáraka-wâram* | 3 *Sevvâi-kurhamey* |
| ☿ | 4 | *Bud'á wâram* | 4 *Pudèn-kürhamey* |
| ♃ | 5 | *Brahácpati-wâram* | 5 *Wiârha-kurhamey* |
| ♀ | 6 | *Shukra-wâram* | 6 *Wölli-kurhamey* |
| ♄ | 7 | *Shani-wâram* | 7 *Sani-kurhamey* |

*Nota*: *Najru* in genetiuo *Najtu*. Sic **Cotate** prope promontorium Comorinum proprie dicendum ***Cotâru.***

# V. DE MENSIBVS.

MEnſis vocatur *Mâdam*, Grændice ***Mâçam.***

*Nota*. *Mâdangöl* eſt pluralis, qui fit addita terminatione *göl* et mutato ***m*** finali in ***n.***

2. Eſt pars duodecima anni diſpoſita ſecundum numerum ſignorum Zodiaci.

*Nota* I. Brachmanae numerant etiam bimenſes *Rütubù* dictos. Sic ſupra citatus *Amará çimbam* in temporis diuiſione porro ita progreditur: 30 *Muhûrtam* ſeu bihoria, ſunt 1 *Aborâtram* ſeu ἡμερονύκτιον, horum quindecim 1. *Pakſcham* ſeu ſemimenſis, i. q. Tamulicum *Paccam* (*latus*, ſcilicet lunae) horum duo 1. *Mâçam*, horum duo, 1 *Rütu*, horum tria 1 *Ayanàm*, ſeu *ſemiannus*, horum duo, 1 *Warſcham*, ſeu *annus*.

 *Nota*

*Nota II.* Liber *Bhúcolàm* menſem perhibet quadruplicem. 1. *Lunaris* eſt, qui incipit a prima lunae phaſi, triduo poſt nouilunium apparente. 2, *Solaris*; cuius initium dicitur *Scáncramam*. 3. Triginta dierum, cuius terminus eſt τριακὰς. 4. Viginti ſeptem dierum, ad numerum conſtellationum, quarum Nomina et ſignificationes exſtant in Tomo II. Relationum pag. 1028. 1030.

3. Signa Zodiaci *Râſhi* dicta, ſunt duodecim.

| | | |
|---|---|---|
| 1. | *Móſcham*, - - | Aries |
| 2. | *Wrüſchabbam*, Tamulice, *Ríſchabam* | Taurus |
| 3. | *Mittunam*, proprie, *Complexus maris et foeminae* | Gemini |
| 4. | *Cát'acam* ſ. *Cárcad'agam* | Cancer |
| 5. | *Scimbam*, Tamulice, *Singam* | Leo |
| 6. | *Canni* | Virgo |
| 7. | *Tulám* | Libra |
| 8. | *Wrütſhicam*, Tamulice, *Wirütſigam* | Scorpio |
| 9. | *Dhánuſçu*, Tamulice, *Tánuſu* | Sagittarius, ſ. Arcus |
| 10 | *Mácæram* | Crocodilus, aliis Carcharias, Europaeis Capricornus. |

11

| | |
|---|---|
| 11. *Cumbham* | Amphora aquaria oris anguſti. |
| 12. *Mînam* | Piſcis. |

*Nota I.* Indi item ab Ariete, quocum annus eorum orditur, recenſent ſigna zodiaci in Arithmetico libello, Tamulice *Oen-ſúwad'i* dicto, a quouis tirone memoriae mandando. Nec Brahmanae ab alio ſigno incipiunt.

*Nota II.* Pro his ſignis denotandis non vtuntur peculiaribus characteribus, ſed breuitatis cauſſa ſyllaba tantum initiali ea exprimunt.

*Nota III.* Eclipticam vocant *Câla-ſákkaram*, *temporis circulum*, atque diuidunt eam in duodecim *domus* Zodiacas, (quomodo et Sini ſignum caeleſte *domum magnificam* appellant) nec non in viginti ſeptem conſtellationes, atque harum quamlibet in quatuor partes aequales, *Pâdam* ſeu *pedes* dictas. Secundum has, aiunt quidam, Zodiacus quoque diuiditur in 108 gradus; ita vt quoduis ſignum contineat nouem eiusmodi quadrantes ſeu gradus, quorum quisque valeat tribus noſtris, ac minutis viginti: licet conſtellationes iſtae non omnes intra Zodiacum concludantur, ſed et tropicum cancri excedant.

4. Duodecim menſium nomina,

| *Tamulice* | | *Grændice* |
|---|---|---|
| 1. *Sittirey* | Aprilis | *Seytram* |
| 2. *Weiyâſi* | Maius | *Weyſhâk'am* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| 3. | *Aani* | Iunius | *Gjieſt·m* |
| 4. | *Aad'i* | Iulius | *Aaſc' âd'ham* |
| 5. | *Aawanì* | Auguſtus | *Shrâwanam* |
| 6. | *Puraedtâſi* | September | *Bâdrapadám* |
| 7. | *Atpaſi* | October | *Aaſhwîgjam* |
| 8. | *Càttigey* | Nouember | *Kârtîgam* |
| 9. | *Mârgarbi* | December | *Mârga ſhirſcham* |
| 10. | *Tey* | Ianuarius | *Pauſcham* |
| 11. | *Mâſi* | Februarius | *Mâg'am* |
| 12. | *Pánguni* | Martius | *P'âlgunàm* |

*Nota I.* Nomina Graendica menſium conueniunt quoque cum nominibus ſignorum Zodiaci, ſicut et Sinica nomina vtrisque communia ſunt.

*Nota II.* Pari modo apud Macedones Aprilis erat menſis primus: μὴν πρῶτος Ξανθικὸς, ὁ καλούμενος Απρίλλιος, inquit Macarius Aegyptius homilia V. §. 9. Et de Iudaeis Ioſephus Antiquitatum Iudaicarum l. 1. IV. Μωυσῆς δὲ τὸν Νισὰν, ὅς ἐστι Ξανθικὸς, μῆνα πρῶτον ἐπὶ ταῖς ἑορταῖς ὥρισεν κ. τ. λ. *Moſes autem* (in oppoſitione ad diſtinctionem anni politici (*) apud Aegyptios etiam *priſtinum ordinem* ſecutos, olim vſitatam) *Niſan, qui eſt Xanthicus, menſem primum in ſuis feſtis* (anni Eccleſiaſtici) *ordinauit, quod eodem Ebraeos ex Aegypto eduxiſſet.*

5.

(*) Cuius mentio fit in hiſtoria diluuji Gen. VII. 11.

5. Dies cuique menſi attributi non certo numero, ſed pro lubitu determinantur.

*Nota I.* Exemplo ſint ſex anni nouiſſimi:

| | *Plawanga* A. C. 1727. | | *Kilaga* A. C. 1728. | | *Sçaumja* A. C. 1729 | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aprilis | ♃ | 31 | ♀ | 31 | ♄ | 31 |
| Maius | ☉ | 31 | ☽ | 31 | ♂ | 32 |
| Iunius | ☿ | 32 | ♃ | 32 | ♄ | 31 |
| Iulius | ☉ | 31 | ☽ | 31 | ♂ | 32 |
| Auguſtus | ☿ | 31 | ♃ | 31 | ♄ | 31 |
| September | ♄ | 31 | ☉ | 31 | ♂ | 30 |
| October | ♂ | 30 | ☿ | 30 | ♃ | 30 |
| Nouember | ♃ | 29 | ♀ | 29 | ♄ | 30 |
| December | ♀ | 29 | ♄ | 30 | ☽ | 29 |
| Ianuarius | ♄ | 30 | ☽ | 29 | ♂ | 29 |
| Februarius | ☽ | 30 | ♂ | 30 | ☿ | 30 |
| Martius | ☿ | 30 | ♃ | 30 | ♀ | 31 |
| | | 365 | | 365 | | 366 |

| | *Sçadh'ârana* A. C. 1730. | | *Wirôdigru'.* A. C. 1731 | | *Parîtâpi.* A. C. 1732. | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aprilis | ☽ | 30 | ♂ | 30 | ☿ | 31 |
| Maius | ☿ | 32 | ♃ | 32 | ♄ | 31 |
| Iunius | ☉ | 31 | ☽ | 32 | ♂ | 32 |
| Iulius | ☿ | 32 | ♀ | 31 | ♄ | 31 |
| Auguſtus | ☉ | 31 | ☽ | 31 | ♂ | 31 |
| September | ☿ | 30 | ♃ | 31 | ♀ | 31 |

Octo-

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| October | ♀ | 30 | ☉ | 30 | ☽ | 30 |
| Nouember | ☉ | 30 | ♂ | 29 | ☿ | 29 |
| December | ♂ | 29 | ☿ | 29 | ♃ | 30 |
| Ianuarius | ☿ | 30 | ♃ | 30 | ♄ | 29 |
| Februarius | ♀ | 29 | ♄ | 30 | ☉ | 30 |
| Martius | ♄ | 31 | ☽ | 30 | ♂ ☿ | 30 |
| | | 365 | | 365 | | 365 |

*Nota II.* Addimus ſummas dierum ſex annorum hisce ſuperiorum, ex quibus ratio intercalandi in biſextilibus, quae calculatione tantum fundatur, intelligi debet.

| *Plawà* | *Shubbácrut'* | *Shòbbácrut'* |
|---|---|---|
| 1721. ☿ 365. | 1722. ♃ 366. | 1723. ♄ 365. |
| *Cródb'i* | *Wiſbwâwaçu* | *Parábbawà* |
| 1724. ☉ 365. | 1725. ☽ 365. | 1726. ♂ 366. |

Annus ante hos tertius *Wülæmbi* ſeu 1718. etiam fuit intercalaris, vt alibi obſeruatum eſt, adeoque inde ad annum 1726. poſt quaternos annos incidit intercalaris, ſed A. 1729. poſt tertium. Intra 60 quosque annos calculum reconcinnari aiunt.

6. Menſis lunaris diuiditur in duas partes: in *Ammâwâſei, lunam nouam* et *Paváranei, lunam plenam.*

*Nota.* In Kalendario illa ſignatur per + haec autem per o. Menſis ſolaris, in quo luna bis ſilet, vocatur *Mala-mâçam*, *immundus* i. e. *infelix menſis.* e. g. Auguſtus Anni 1730. Vide Kalendarium

7.

Vnusquisque ſemimenſis, *Pakſcham* dictus, in 15 *Tit'i* ſeu *phaſes* diuiditur, quarum haec ſunt nomina:

| *Grændice.* | *Daknice.* | *Perſice.* |
|---|---|---|
| 1 *Práttimâ* | فيلوان | اول |
| Πρῶτον | *Fæiluwân* | *Awal* |
| 2 *Dwitîyâ* | دوسروان | دويم |
| Δεύτερον | *Dûſurawân* | *Dujum* |
| 3 *Trütiyâ* | تسروان | سيوم |
| Τρίτον | *Tesrawan* | *Sejum* |
| 4 *Shaturti* | چوتهاوان | چهارم |
| Τέταρτον | *Tſchautæbawân* | *Tſchæbârum* |
| 5 *Pandſamì* | پانچوان | پنجم |
| Πέμπτον | *Pântſchuwân* | *Pangjum* |
| 6 *Schaſchtmì* | چهتاوان | ششم |
| Sextum | *Tſchabttb'âvân* | *Schæſchum* |
| 7 *Sçaptamì* | ساتوان | هفتم |
| Septimum | *Sâtbuwân* | *Haftum*. Ἕβδομον |
| 8 *Aſcht'amì* | اتوان | هشتم |
| Octauum | *Attb'uwân* | *Haſchtum* |
| 9 *Nawamì* | نوان | نهم |
| Nonum | *Nawân* | *Nobum* |
| 10 *Dæſhamì* | دسوان | دهم |
| Decimum | *Dæswân* | *Dabum* |

| | | |
|---|---|---|
| 11 *Ecadæſchi* | اكاروان | يازدهم |
| Ενδέκατον | *Igârwan* | *Iazdahum* |
| 12 *Dwâdæshi* | باروان | دوازدهم |
| Δωδέκατον | *Barwân* | *Duwâzdahum* |
| 13 *Træyôdæshi* | تيروان | سيزدهم |
| Τρισκαιδέκατον | *Thèrwân* | *Sezdahum* |
| 14 *Shaturdæshi* | چودوان | چهاردهم |
| Τεσσαρακαιδέκατον | *Tſchaudwân* | *Tſchæhârdahum* |
| 15 *Pûrnimâ* | يادوا | بدر |
| Plenilunium | *Pad'uwâ* | *Bedr* |
| *Amâwâçja* | اموس | ماواز |
| Nouilunium | *Amawâs* | *Mâwâz, Lunæ* |
| Μηνοειδὴς Φάσις | | *apparens* |

*Nota.* Perſicum واز *Wâz* ſeu باز *Bâz* ſignificat *apertum*, *patens*, *lucidum*, *clarum*. *A* ما *mâ* (vnde *Amâ*, praemiſſo A, vt in *Ananies* et *Acinaces*) deriuatur etiam *Mâçam*, *menſis*, Dorice Μάν. Sic reliqua nomina quatuordecim Grændica et Dænica, hoc eſt, Indoſtanica, congruunt cum numeris Graeco-Latinis pariter ac Perſicis, horum duobus tantum exceptis. Talia quoque ſunt ſequentia.

tia: *Dantam*, *dens*, Perſice دندان *Dandàn*, ὀδοὺς, ὀδόντος, ab Ebraeo *Schên*, Germanice item *Zahn*, quae vox eſt in plurimis linguis orientalibus atque occidentalibus. *Gaubu* ſeu *Gô*, Germanice *Kuh*, Perſice گاو *Gaw*, γαῦος. *Yugàm*, *iugam*, Perſice يوغ *Iough*, Germanice *Ioch*: ſed Tamulice *Nugàm* et Graece ζυγόν. Et ſic plura. Graecis quoque adfinia ſunt: *Gjalàm* ſeu *Salàm*, *Aqua*, Σάλος, *ſalum*: *Calancam*, *macula*, κηλις, cetera. Sed praeter ea, quae cum Perſicis tantum conueniunt, e. g. *Mok'am* ſeu *Mögam*, Perſice ميغ *Migh*, *nubes*: *Wâſa*, Tamulice, *Waſambu*, Perſice et Arabice وج *Wagj* ſeu *Wadſch*, *Acorum*: ſunt alia, quae Latinis solummodo conſonant, ſpeciatim Grændica e. g. *Ag'nibì*, *ignis*, *Nâçica*, Tamulice *Nâſi*, *naſus*, *ſçâmi*, *ſemi*, ab ἡμισυ. Nec non Latinis et Perſicis ſimul e. g. *Widh'awà*, *vidua*, Perſice بيوه *Bìwah*, Tamulice *Widawey*, Germanice *Witwe*, reliqua. Ex his exemplis, quae copioſius produci poſſent, ſi neceſſe eſſet, cognoſci poteſt, (quod bona venia tua dixerimus) numeros Perſicos et Grændicos nimis liberaliter a Graecis deriuari, cum regnum illud Bactriano-Graecum nec adeo diuturnum fuerit. Standum potius a partibus illorum, qui eiusmodi harmoniam vocum a communi origine Scythica repetunt, quale exemplum habes in Commentariorum Academiae Tomo I. p. 396. *Rhos* et *Rha*, Latinis quoque *riuus* dictum, vnde Hiſpanorum et Luſitanorum *rio*, item Tamulis *Aru*.

# VI. DE ANNO.

ANnus in *Grændam* vocatur *Warſcham*

*Nota.* Ad modum menſium annus quoque quadrifariam diſpeſcitur. *Lunaris*, *Sândra-mânam*, dierum 355. 2. *Solaris*, *Sçaura-mânam*, 365. 3. Ἐφημέριος, *Sçâwana-mânam*, 360. 4. Ἀστρόθετος, *Nâkſchætra-mânam*, 324. *Mânam* ſeu *Pramânam* ſignificat *normam*. Primus in vſu eſt apud Sinos et Indos euroaquilonares, ſecundus apud Indos auſtrales, tertius apud zephyroaquilonares, quartus autem, quantum ſciamus, non amplius moris eſt. His addendus Iouialis, (*) *Bârhaçpatja-mânam*, de quo infra in Kalendario dicitur, quod in regione ſeptemtrionali vſu vigeat, vltra montem *Windi* (forte i. q. *Mando*) cis fluuium *Godâwari* (in mappis *Gouderas*) ſitum. Is annus quoque eſt dierum 360, menſium autem 10. (vt olim apud Romanos) quorum quisque deſinitur diebus 36. Intra 12 forte annos cum ſole in gratiam redeunt ſeptemtrionales, quia Iupiter quouis circiter anno ſignum caeleſte abſoluit. De Banianibus circa Suratam Baldaeus p. 472 ed. Germ. *Annum*, inquit, *in menſes 12 diſtribuunt, ita, vt dies 360 numerent: hinc quartum quemuis annum in trinos denos menſes deſcribunt, menſi decimo tertio dies tantum 16 attribuentes.* Pro

(*) Ex epiſtola auctoris 1735. 10. Ian. *Barhacpatja-mânam Penjanum, eſt* ἐφημέριον *ſeu dierum* 360. In Calendario Vardugico vocatur *Rettatſchi*.

Pro 16 legendum videtur 21. Dies enim quatuor annorum ſolarium cum bisſexto efficiunt 1461. Idem tamen p. 601. de gentilibus, puta *Wardugis*: *Tertio*, inquit, *quouis anno* (lunari) *bisſextilem tredecim menſium intercalant*. Sic Fratres noſtri Madraſtenſes ex Brahmanis Golcondicis prope *Viſagapatnam* degentibus, intellexerunt, tertio cuique anno ſe addere menſem embolimaeum, ita vt hic decimus tertius tot diebus conſtet, quot opus ſunt, vt cum curſu ſolis gratiam concilient: hanc rationem in vſu eſſe inde a Madraſta vsque ad montem W*ind'ja*: in quo ſi ſol ac luna obuiam ſe inuicem dent, (h. e. vmbra tangant) in certamine illo partem ſuperatam pati eclipſin. Eclipticam vocarunt *Shimſhumâra-ſacram*, h. e. *Crocodili*, (Capricorni) circulum. Sinorum rationem explicat Maffeius Hiſtoriarum Indicarum l. VI. init. p. 111. *Annum*, inquit, *e lunaribus periodis duodecim ita conficiunt*, *vt tertio* (adde, et quinto) *quoque anno ad duodecim vnam addant*, ſeu potius tertiae tamquam bistertiam inſerant: ſcilicet donec aureum numerum 19 annorum denuo inchoent. Vide Muſeum tuum Sinicum II. p. 340. coll. Praef. p. 138. Hoc eſt, quod de vetuſtis Indis Q. Curtius l. 8. c. 9. ſcribit: *Menſes in quinos denos deſcripſerunt dies*: *anni plena ſpatia ſeruant*. Mirum me ſibi ipſe contradicit Curtius, vt putant Scholiaſtae eius: menſes ipſi dicuntur minores, ſiue ſemimenſes, Sinis *Cie ki*, *ordo temporis* (Muſeum Sinicum II. p. 342. ſeq.) Indis autem *Purva-pa-kſcham* et *Apara* (vulgo *Amara-*

 *ra-*

*ra pa-kſchami*) h. e. *prius nouilunium et poſterius plenilunium* dicti. Vnde ſimul apparet, de his bene intelligi poſſe, quae ibidem ſequuntur: *Lunae curſu notant tempora, non, vt plerique*, (ſpeciatim Aegyptii) *quum orbem ſidus impleuit, ſed cum ſe curuare coepit in cornua.* Plenum enim lumen apud Indos noſtros non eſt cornibus prius. Schah Cholgius de anno Indico ſic ſcribit: *eſſe annum compoſitum, et ſolarem* vocari; at menſes eſſe lunares, vt in سال ترکستان و هندوان *anno Turcarum et Indorum.* Thomas Hyde in Hiſtoria religionis veterum Perſarum p. 216. cum non intelligeret, quomodo annus poſſet eſſe ſolaris, cum menſes ſint lunares, Schah Cholgium pro سالهای قمری *anno lunari* putat perperam ſcripſiſſe شمسی *ſolarem.* Tamen iterum haeret, cum hic annus compoſitus dicitur. At nos Schah Cholgium e forma anni *Sinici* et *Wardiguci* commode explicamus.

2. Annus ſolaris communis eſt dierum 365. biſſextilis 366. lunaris autem 355. et diarius 360.

*Nota.* Sini pro anno lunari numerant tantum 354 dies, ſed, vt notum, reſiduum eſt horarum 8. minutorum 48. ſecundorum 36. adeoque tertio quouis anno numerandi dies 355. (*)

3. Annus ſolaris eſt vel aſtronomicus vel ciuilis.

4.

(*) Vide Parergon Sinicum.

4. Aſtronomicus initur a puncto temporis per calculationem quaeſiti, quo ſol arietem ingreditur.

*Nota*. Indorum computandi ratio nititur tantum tabulis a maioribus ipſorum elaboratis, non autem aſtronomica obſeruatione puncti illius, quo ſol ingreditur arietem. Initium anni fit, quam ſol adhuc apparet in ſigno arietis. Computus iſte anniuerſarius, cuius rationem anno ſuperiori notificauimus, quantas olim pepererit confuſiones, nemo neſcit. Annus Indorum eſt *Iulianus*, in quem Aegyptii quoque iugo Romano ſubditi, annum ſuum Nabonaſſareum mutarunt. Errore etiam, vt putamus, arithmetico factum eſt, vt ille iam a *Gregoriano* non vndecim, ſed decem tantum diebus differat, vti apud nos adhuc ſeculo ſuperiore.

5. Annus ciuilis incipit ab ortu ſolis apparenti eius diei, quo die, aut, ante quem diem noctu, tempus ad calculos exactum deſignatur.

6. Annus qui eſt bisſextili proximus promouetur duobus, ceteri vno die hebdomadis.

*Nota* 1. Indi diem bisſextum non ſtricte Martio, ſed alii cuique menſi inſerunt.

*Nota* 2. Annus quisque non incipit ab vltimo Martii, ſed tantum is, cuius initium excedit horam 30^m^ diei. Eiusmodi ſunt:

20.

(*) Hoc dubium tolletur ex iis, quae infra de forma anni Indici ex Clariſſimi Collegae commentatione producemus.

29$^{us}$. *Mánmala* 1715.
30$^{us}$. *Tunnugi*
33$^{us}$. *Wigàri*
34$^{us}$. *Sàrwari*

et reliqui omnes, qui *nocte* incipiunt. 41°. *Pilawânga* ſeu 1727. Addo ſequentes vsque ad praeſentem, reliquorum initia ignorantur.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 42. | *Kîlaga* | 1728 | | | 1. | 15′ | ♂ |
| 43. | *Saumja* | 1729 | 1. April. | meridie | 16. | 46′ | ♄ |
| 44 | *Sadârana* | 1730. | 31. Mart. | nocte | 32. | 17′ | ☉ |
| 45 | *Wirodigrudu* | 1731 | 31. Mart. | —— | 47. | 48′ | ☽ |
| 46 | *Paridâbi* | 1732. | 1. April. | mane | 3. | 20′ | ☿ |

7. Annus diuiditur in duo *Ayanàm*, *ſemeſtria*, et in 12 *Madam*, *Menſes*.

*Nota*. Semeſtre aeſtiuum vocatur *Vttærâyanam*, *ſeptemtrionalis tropicus*; brumale autem *Dækſchinâyanam*, *auſtralis tropicus*. In Kalendario hic adnotatur primo Iulii, et ille primo Ianuarii. Menſis diuiditur in maiorem et minorem, non autem peculiaria ſemimenſium nomina, ſed quoduis dimidium prius phaſium creſcentium, Grændice appellatur *Shucla-pakſcham*, h. e. *luminis pleni*, poſterius phaſium decreſcentium *Criſchtna-pakſcham* h. e. *tenebrarum*, alio nomine *Wruddh'ihì*, *adſcendens* et *Kſchayàm*, *deſcendens*.

VII.

# VII. DE HEXACONTAETERIDE ſeu Cyclo Sexagenario.

HExacontaeteris ſeu cyclus ſexagenarius vocatur A*and’u*.

*Nota.* Tamulicum *ândbu* proprie ſignificat *annum*, hic autem maiorem ſeu ſemiſecularem, nempe aetatem humanam. Brahmanae noſtri peculiari nomine cyclum hunc non exprimunt. *Raſchi* in Muſei Sinici Tomo II. p. 319. volanti crenae elapſum, ſignificat ſignum Zodiaci.

2. Cum in hoc cyclo 60 anni continentur, totidem quoque ſunt nomina annorum.

3. Primus annus incipit a primo nomine cycli et totus ab eo dicitur, ſecundus a ſecundo et ita deinceps.

4. Hexacontaeteridos nomina Graendica haec ſunt. (*)

1. *Prab’awá*
2. *Wib’awá*
3. *Shuklá*
4. *Pramodûta*
5. *Pragjôtpati*
6. *Aangirá*



(*) His nominibus vtuntur non modo Tamuli, ſed etiam Telugi, ſeu Varugi, Marathae et Cannari. Ex epiſtola R. B. Schulzii Madraſta 1734. 24. Dec. Et R. Waltheri 1735. 10. Ian. Hic inter alia: *Vocabula*

7 *Shrìmuk'a*
8 *E'awá*
9 *Iuuà*
10 *D'àtu*
11 *Iſhwarà*
12 *Wegud'ànja*
13 *Pramâti*
14 *Wikramà*
15 *Wriiſchà*
16 *Sitrab'ànu*
17 *Çub'ànu*
18 *Tàruna*
19 *Partiwa*
20 *Wja*

21

*haec extra vſum Chronologicum, tamquam appellatiua quid cuncta ſignificent, hodie ſane nemo nouit. Quidam tradunt, fuiſſe nomina filiorum Brahmanae cuiusdam, nomine Paraſaler, quem in ſingulos ſexaginta annos filium genuiſſe aiunt. Mauri ſ. Tulucci iis non vtuntur, quia ſuperſtitione Muhammedis dediti ſunt, adeoque in annorum computo Hegjram eius ſequuntur.* R. R. Miſſionarii in epiſtola ad me 1735. 30. Dec. ſcripta: Haec 60 no-
" mina, totidem filiorum regis Sagara-Saccrawarti, nobis
" poeta doctiſſimus, deinde etiam Brahman quidam, qui
" quaedam correxit, ex *Kirendum* explicuit. 1. *Prab-*
" *hawa, qui dominatur.* 2. *Wibhawà, diues.* 3. *Shuklà,*
" *alba facie.* 4. *Pramodulà, ſapientiae aſſecla.* Sed non videtur neceſſe eſſe, vt cetera quoque nomina cum lectoribus noſtris communicemus.

21 *Çarwagjitü*
22 *Çarwad'âri*
23 *Wirod'i*
24 *Wikruti*
25 *K'arà*
26 *Nandanà*
27 *Wigjæà*
28 *Gjæà*
29 *Manmad'à*
30 *Durmuk'i*
31 *Hewülambi*
32 *Wülambi*
33 *Wikâri*
34 *Shârwari*
35 *Plawà*
36 *Shûb'akrutü*
37 *Shôb'akrutü*
38 *Krôd'i*
39 *Wiſhwâwæçu*
40 *Parâb'awà*
41 *Plawanka*
42 *Kilaka*
43 *Çaumja*
44 *Çâd'âræǹà*
45 *Wirôd'ikrutü*
46 *Paritâpi*
47 *Pramâtiſa*
48 *Aananda*
49 *Râkſchaçâ*

50 *Nal'à*
51 *Pingal'á*
52 *Kâlæjukti*
53 *Cidd'ârti*
54 *Raudri*
55 *Dúrmuk'i*
56 *Dundub'i*
57 *Rud'irôtkâri*
58 *Raktâkſchi*
59 *Kród'ænà*
60 *Aakſchaja*

5. Quando hoc cyclo in annis vtuntur, tum adiiciunt *warſcham*, quod *annum* ſignificat e. g. 26$^{tus}$. *Nándana-warſcham*, ſeu 1712.

6. Non conſtat, quando cyclus hic ſit conditus, mosque ita computandi introductus, aut quotum *ând'ha* hoc ſit, in quo nunc viuitur.

*Nota.* In praeſenti aeuo praeterlapſos eſſe aiunt annos 4833. Quos ſi per 60 diuidas, eſſet *andu* octogeſimum et hodiernae hexacontaeteridos annus 33$^{us}$. quum tamen reuera iam ſit 46$^{us}$. In quodam aeuorum praeteritorum cyclum illum conditum eſſe hariolantur.

7. In chronologia *Trigâla ſaccaram* mentio ſit Dodecaeteridos *Mâmângam*, quinquies in Hexacontaeteride, quod ad numerum annorum, contentae, non autem ad eam conformatae aut diſpoſitae.

*Nota.*

*Nota*. Graendice dicitur *Mahâ-magh'àm*, *magnus Regulus* i. e. feſtus Februarius, qui ita vocatur a conſtellatione *magh'àm*, ſeu *corde Leonis*, quam Kalendarium cum nouilunio menſis illius ſemper coniungit. Nam proprie eſt feſtum, quod duodecimo quouis anno, tempore nouilunii celebratur, e. g. A. 1730 ſeu *Sçándh'arana*, qui in Hexacontaeteride eſt 44$^{us}$. vti apud Plutarchum Delphica Ενναετηρὶς, quouis nouennio. Non autem eſt cyclus, ſecundum quem anni ſupputentur, vt olim apud Chaldaeos et hodie apud Sinos, qui peculiaribus eos nominibus, ſexagenarium quoque obeuntibus, inſigniunt.

8. Cyclum alium e ſexagenario quater, ſiue, vt apud Sinos, ter in ſe ducto, Indi noſtri non conficiunt: vtpote qui ſucceſſiones hexacontaeteridum negligunt.

*Nota*. Obſeruatu quidem dignum eſt, *andu* 4 ſeu annos ſolares 240 in altero cyclo maiori annorum 48300 contineri vicibus 201$\frac{1}{4}$ vbi quarta illa pars reſidua deſiderare videtur alium cyclum maximum, qui ex maioribus quatuor, ſeu ſexagenario et maiori intermediis 805 ortus fuerit, quemadmodum ex 805 maior ille natus eſt. Verum in Chronologia modo citata intra cyclum ſexagenarium et maiorem nullus indicatur, ſed dicitur centum millia *andu* conſtituere *Vgàm*. Neque in Kalendario vllus dies appellatur nomine aliquo e cyclo ſexagenario, ſed ex illo quidem ſemimenſis. Inſuper alter cyclus maior annorum 432000 vſu magis receptus, eiusce rationis modum non admittit.

 VIII.

# VIII. DE CYCLO MAIORI ſeu PERIODO.

PEriodum, quae conſtat pluribus cyclis minoribus, Indi vocant lingua ſua *Vgam* ſeu *Tugàm* i. e. αἰῶνα, *aeuum*: et eam, quae huius aeui eſt, *Cali-Tugàm*, annorum 432000 ſeu ſecundum alios 48300 deſituram cum incendio orbis et iudicio extremo.

*Nota I.* B. Ziegenbalgius terminatione quaſi Latina ſcribebat *Kaliugum*: quia *am* finale obſcure ſonat, fere vt *om*, vti apud Baldaeum p. 473 *Kaligom* coll. p. 405 *Kaligam*.

*Nota II.* Tamuli linguae Graendicae ignari differunt ipſi in calculatione annorum. A. 1712 ſcripſit B. Ziegenbalgio Indus, in hoc *Caliugam* nunc eſſe exactos annos 4337. (*Relationum Indicarum t. I. p.* 500) At Baldaeus refert, annum Chriſti 1665. Iafnapatnenſibus 4864 (rectius 4765) τȣ̃ *Kaligam*, ſed 1639 Choromandelenſibus 4739 et 1670 ipſis 4770. Suratenſibus autem 4771 ſicuti A. 1657 his 4758 anni ſpatio diuerſis: quae differentia, vt opinamur, inde exſiſtit, ſi vel ante vel poſt Aprilem comparationem cum noſtro calculo inſtituas. In Kalendario Brahmanarum quotannis continuatur computatio, ita vt hic praeſens annus 1732 ipſis ſit 4833. inde a nouo anno Indorum: ſed ab Europaeo vsque ad Aprilem 4832. Vbi notabile eſt, ſaltem memoriam adiuuat, quod decas aerae Indicae et Chriſtianae pari fere paſſu ambulet, centuria autem ad vnam diſcrepet.

*Nota III.*(*)Haec Periodus vtroque numero oritur e cyclo ſexagenario. Nam 7200 hexacontae-

(*) Badagae ſeu Wardugi, alias Telugi, duodecim ſigna Zodiaci inter 27. conſtellationes diſtribuunt. Earum autem conſtellationum vnamquamque in 4 *Padam* i. e. *pedes* diuidunt, vt *Padam* in vniuerſum ſint 108 et vt 9 *padam* in vnumquodque ſignum conueniant. Cognoui haec ex epiſtola R. Io. Antonii Sartorii ad me data 1715. 11. Ian. ex qua earundem nomina atque ordinem exponam.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Aries | *Aſuwadi ſ. Aſwadi* | 4 | *Paræni* | 4 | *Kartigei ſ. Katigei* | 1 |
| Gemini | *Mirugaſiri-ſcham* | 2 | *Tiruwadirei* | 4 | *Punerpuſam* | 3 |
| Cancer | *Punerpuſam* | 1 | *Puſam* | 4 | *Ailiam* | 4 |
| Leo | *Magam* | 4 | *Puram* | 4 | *Vttiram* | 1 |
| Virgo | *Vttiram* | 3 | *Aſtam ſ. Attam* | 4 | *Sittirei* | 2 |
| Libra | *Sittirei* | 2 | *Shodi ſ. Swædi l. Sawædi* | 4 | *Wiſágam* | 3 |
| Scorpio | *Wiſagam* | 1 | *Anuſcham* | 4 | *Kedlei* | 4 |
| Sagittarius | *Mulam* | 4 | *Puradam* | 4 | *Vttiradam* | 1 |
| Capricornus | *Vttirádam* | 3 | *Tiruwonam* | 4 | *Awudtam* | 2 |
| Aquarius | *Awudtam* | 2 | *Sadeiam* | 4 | *Puredtadi* | 3 |
| Piſces | *Puredtadi* | 1 | *Vredtadi ſ. Vttiredtadi* | 4 | *Rebadi* - | 4 |

*Nota*. Sinenſes in globo caeleſti Pequini 1724 elegantiſſime excuſo 28 conſtellationes exhibent, et easdem in calendariis ſuis deſignant.

Prae-

terides efficiunt annos 432000 et 805 efficiunt 48300.

---

Praeter 27 conſtellationes Wardugi in Calendario ponunt totidem Yogam et 11 Caraenam. R. Sartorius, quid ea ſibi velint, nondum ſe plane potuiſſe cognoſcere, ad me ſcripſit, videri autem ſibi planetarum adſpectus deſignari, ſecundum quos deinde appoſita item in Calendario *Tiadſchiam* inueſtigentur: *Tiadſchiam* vero a Malabaris dici punctum temporis vel diei vel noctis aliqua hora, quod infauſtum ſit, eo enim tempore ſtellam aliquam morſum venenatum pati. Apparet autem ſatis ex Calendario ipſo, et Yogam et Caraenam cyclos eſſe conſtellationum, vt duodenarius et denarius ad Zodiaci ſigna adhibetur. Vt 10 in 12 continetur $1\frac{1}{5}$ ita 11 in 27 continetur $2\frac{5}{11}$. Nomina eorum haec a R. Sartorio mecum communicata ſunt.

## XXVII. IOGAM.

1 *Wisgamban*
2 *Priti*
3 *Ajuſmân*
4 *Sawubakiam*
5 *Sobanam*
6 *Adigandam*
7 *Sugarmam*
8 *Turuti*
9 *Sulam*
10 *Kándam*
11 *Wirúthi*
12 *Turuwam*
13 *Wiahgâhdam*
14 *Aruſchanam*
15 *Watſchiram*
16 *Sitti*
17 *Widihâdam*
18 *Wariaem*

| | |
|---|---|
| 19 *Pariga* | 24 *Suppiram* |
| 20 *Siwam* | 25 *Brunam* |
| 21 *Sittam* | 26 *Aintiram* |
| 22 *Sæbtiam, ſ. Sabtiam* | 27 *Wei'urudi ſ. Weiturti* |
| 23 *Subam, ſ. Suwam* | |

## XI. Carænam.

| | |
|---|---|
| 1 *Pawa* | 7 *Saguni* |
| 2 *Palawa* | 8 *Pattira* |
| 3 *Kawulawa* | 9 *Sadusbadu* |
| 4 *Teidula* | 10 *Nagawam* |
| 5 *Caræſi* | 11 *Kimaſlukkinam* |
| 6 *Wanaſi* | |

Iogam ad quemuis diem ponuntur ordine ſuo, ſimul cum hora et minuto Indico, cum deſinit. Ita fit, vt nonnumquam vnam in diem duo Iogam congruant. Sed Carænam nullo tali ordine ponuntur, cuius rei cauſſam, nondum explorata Carænarum natura, inueni nullam. Cognoſcite haec magis ex parte Calendarii, quam ſubiiciam.

| A. 1734 Decemb. ſt. n. | | Kaſti-gei menſ. | *Conſtellatio* | | *Iogam* | | *Carænam* | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ☿ | 1 | 20 | *Vttiradam* | *h.* 10½ | *Turuwa* | *h.* ⅝ | *Cawulawa* | *h.* 19½ |
| ♃ | 2 | 21 | *Awudtam* | 15½ | *Wiagandam* ⅝ / *Anuſchbam* 59⅝ | | *Caræſi* | 22 |
| ♀ | 3 | 22 | *Sadiram* | 19½ | *Watſchiram* | 58½ | *Pattira* | 25½ |
| ♄ | 4 | 23 | *Puredtadi* | 21½ | *Sitti* | 55½ | *Palawa* | 26½ |

| A. 1734 Decemb. ſt. n. | Kaſti-gei menſ. | Conſtellatio | | Iogam | | Caranam | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ☉ 5 | 24 | *Vttiredtadi* | 23½ | *Widibadam* | 52½ | *Teidula* | 24½ |
| ☽ 6 | 25 | *Rebadi* | 23½ | *Wariam* | 46½ | *Caræſi* | 24½ |
| ♂ 7 | 26 | *Aſwadi* | 22½ | *Pariga* | 41½ | *Pattira* | 21½ |
| ☿ 8 | 27 | *Paræni* | 20⅛ | *Siwam* | 35½ | *Caræſi* | 18½ |
| ♃ 9 | 28 | *Cartigei* | 17½ | *Sittam* | 17½ | *Cawula-wa* | 13½ |
| ♀ 10 | 29 | *Rogani* | 13½ | *Sæbtiam* | 20½ | *Palawa* | 8½ |
| ♄ 11 | 30 | *Muragaſiri-ſibam* | 10½ | *Suwam* | 10½ | *Pawa* | 3½ |
| ☉ 12 | 1 | *Tiruwatirei* | 5½ | *Suppiram* 5½ / *Brumam* 50½ | | *Caræſi* | 14½ |
| ☽ 13 | 2 | *Punerpuſam* / *Puſam* | 1 1/7 / 56¼ | *Aintiram* | 49¼ | *Pattira* | 18½ |

Haec *Yogam* dirigere mihi videntur periodos Indicas. Nam 16000 anni ſiue hexacontaeterides 266⅔ per 27 multiplicatae efficiunt annos 432000 ſeu hexacontaeteridas 7366⅔ quae periodus Caliugam dicitur. Ita deinde periodus *Dwapara-yugam* 864000 annorum ſiue hexacontaeteridum 14400 ex 32000 annis ſeu hexacontaeteribus 533⅓ per 27 multiplicatis conficitur. Similiter periodus *Treda-yugam* 1296000 annorum ſeu hexacontaeteridum 21600 ex 48000 annis ſiue 800 hexacontaeteridibus per 27 multiplicatis exſurgit. Denique *Krüda-yugam* 1728000 annorum aut hexacontaeteridum 28800 ex annis 64000 ſeu 1066⅔ hexacontaeteribus eodem modo procedit. *T. S. B.*

2. Cyclum maiorem *Yugam* anteceſſiſſe aiunt tres alios, *Krüdàyugàm*, annorum 1, 728, 000. *Tredâ-yugàm* 1, 296, 000 *Dwâpara-yugàm* 864, 000.

*Nota I.* In libris ſupra citatis *Bhû colàm* et *Oen-ſúwad'i* numerus annorum dicto modo computatur.

*Scholion I.* Vltimus Cyclus 432, 000 eſt dimidium penultimi, hic autem dimidium primi, cuius differentia a ſecundo, eſt totum quarti, ab integra ſumma 4, 320, 000 *millionibus* diſſiti: omnium autem radix eſt cyclus ſexagenarius.

*Nota II.* Alius auctor Samanaeus libri Tamulici *Canacc-adigàram* ( h. e. *calculationis caput* ſeu prima origo ) ex more, vt ait, regionis cuiusdam contendit, a quarto aeuo per duplicationem adſcendendum eſſe ad primum, nempe 432, 000. 864, 000. 1, 728, 000. 3, 456, 000.

*Scholion II.* Sic conflatur ſumma 6, 480, 000. Hac per annum Platonicum 36, 000 diuiſa, quotum 180 eſt dimidium 360 graduum Zodiaci, quos ſolem intra centies tot annos percurrere aiebat Plato. Si per 60 diuidatur, quotum 108, 000 aequat decem Sinicis coniunctionibus ſigni caeleſtis, quarum quaeuis definitur annis 10, 800. Fundamentum quaſi commune 1080 *Chalakim*, ſeu ſcrupula Chaldaeo-Iudaica, et 108, 000 *Câſchdtam*

 ſeu

ſeu tertia Indica, quae exſiſtunt ex tricies 3600 ſecundis, h. e. ſexagies 60 primis.

*Nota III.* Hoc ipſum argumento eſſe poteſt, numerum ita conquadratum inuicemque quadrantem eſſe fictitium, et ab otioſis logiſtis, pariter atque apud Sinos, excluſum. Sic olim Chaldaei eadem vanitate laborarunt, qui *Euechoi* regis ſuperiores, per longiſſimas periodos *Sarae*, *Nerae* et *Soſſae* dictas, imperium habuiſſe aiebant: ac tempore expeditionis Alexandri M. 470, 000 annos numerabant, vt Aegyptios taceamus eorumque reges *deos*, *ſemideos*, *heroas et homines*.

*Scholion III.* Quatuor iſta aeua reſpondent aetatibus, quas poetae auream, argenteam, aeneam et ferream appellant.

*Nota.* IV. In libro *Nâlâira-prabandam*, h. e. *quatuor millia hiſtoriarum* dicto, ordo quatuor illorum cyclorum in hanc ſententiam recenſetur: " In aeuo *Krüdà* vixit *Sattia-wádanen.* Hoc eſt, " ſi interpreteris, *veritate ſpectabilis*, Noachus. " Huic Deus ipſius, *Wiſhtnu*, ſignificauit, adesſe " aeuum *Tredà*, hoc eſt, Τϱίτον, in quo *ter-* " *tiaria* fides, ſiue tres partes de primaeua inte- " gritate reſiduae. Exſtitit *diluuium*, in quo, ope " lembi ſeruatus, demum in aeuo *Dwapara*, h. e. " δευτέϱω ſeu penultimo, vitam finiit. Similis eſt ratio ſeculi *aurei*, quod incepit tempore *Kredi*, vti Saxones Graecorum Κϱόνον, ſeu *Saturnum* ap-

appellabant, h. e. Adami, cui tres filii nati ſunt: (*) aut, ſi mauis, Noachi ante diluuium. *Aetas argentea* eſt Noachica poſt diluuium, qua coeperunt homines terram colere. *Aenea* initium ſumpſit a Nimrodo, id quod optime oſtendit Bochartus in Phaleg l. IV. c. 12. In ea Noachus mortem obiit A. M. 2006. *Aetas* autem *ferrea*, Indis *Cali-yugam*, hoc eſt, vitioſum aeuum dicta, in qua fides ad quadrantem vsque decreuit, initium, (quod incidiſſe ferunt in feriam ſextam, a qua et anni noui diem ſupputant) ducere poteſt ab obitu Sardanapali (id eſt *Sabadran Phuli*, qui circa vltima Menahemi, Anno Mundi 3242. defuncti, Iſraelitas inuaſit,) (**) ſeu, quod idem eſt, a defectione Babyloniorum ab Aſſyriis, A. M. 3257. ante C. N. 747. vbi Monarchia orientis ſenſim ad culmen iſtud potentiae adſcendere coepit, quod aureum caput ſtatuae τετραμεταλλικῆς apud Danielem repraeſentat. Nam quum ad ea vsque tempora in regnis diuiſis gens quaelibet proprii regis vel dynaſtae imperio paruerit, vti Iſraelitae, de ſimili ſtatu contendentes, teſtantur: (***) reges regum (*) populos a ſe victos, regesque eorum obligarunt ad facienda imperata et perſoluenda tributa ſibi impoſita, id quod Indi quoque experti ſunt.

 De

(*) Conferatur Voſſius. (**) II. Reg. XV, 18. 19. coll. Joſephi Antiquit. Iud. l. IX c. XI. (***) 1. Sam. VIII, 5. 20. (*) Jeſaiae X, 8. Ezech. XXVI, 7.

# IX. De Cyclo Maximo.

Habent etiam cyclum maximum ***Satur-Yugàm***. Hoc eſt, τετρααιών, ***quaternarium aeuum***, ſiue periodus τῶν quatuor ***Yugàm***.

N*ota*. Brahmanae rationem iſtam ſequuntur in deſcribenda aetate deorum ſuorum, apud quos millia, immo myriades annorum terreſtrium reputantur, vt minimum ſcrupulum. Credunt etiam perpetuam mundorum conuerſionem adeoque aeuorum ἀνακύκλησιν infinitam. Nam, ſicut apud Aegyptios, teſte Voſſio l. II. de Idololatria c. 28. magnus annus erat quatuor Iulianorum, quo exacto, credebatur omnium facies rerum reditura: ita Indi exactis quatuor iſtis annis, quaſi diuinis, vt vocant, et ἐγκύκλοις, credunt ἀποκατάστασιν vniuerſalem.

# X. De aliis Cyclis et Periodis.

I. Eodem modo dicunt, ante eos cyclos, proceſſiſſe alios quatuordecim. Accipe nomina cyclorum et numerum annorum.

1. *Anánden* ann. 14 Kôd'i ſ. myrias chilia-
dum
2. *Aſpudèn* 13.
3. *Tamánden* 12
4. *Tarâſen* 11
5. *Tând'awen* 10
6. *Winnaſen* 9
7. *Winnàyuden* 8

| | | |
|---|---|---|
| 8. | *Aayuden* | 7 |
| 9. | *Yúden* | 6 |
| 10. | *Maniîſen* | 5 |
| 11. | *Maniàſen* | 4 |
| 12. | *Wiſuwâleien* | 3 |
| 13. | *Wiſuwâranen* | 2 |
| 14. | *Alangruden* | 10000000. ſ. vnum Kódi |
| 15. | *Krudarèn* | 9026000 |
| 16. | *Trêdaren* | 7012500 |
| 17. | *Tuâbaren* | 5959600 |
| 18. | *Kalièn* | 48300 |

Summa 1, 072, 046, 400. Hoc eſt 107 *Kôdi* 20 *Lækſchbam* ( Perſice لك *Lac*, *centum millia* ) 46 millia et 4 centum.

*Nota* I. Ita numerum quatuor cyclorum poſteriorum a communi traditione diuerſum, tradit Chronologia Tamulica ſaepius citata: vti et Sini cyclos maximos fingunt duplices. Sed quatuordecim priores, vna myriade myriadum interſtincti, nati ſunt ex opinione, quam Indi cum Sinis communem habent, infinitis ante nos ſeculis mundos alios ex aliis profectos eſſe. Confer Muſei Sinici Tom. II. p. 272. 273 Ibidem p. 318. in ſumma annorum, quam B. Ziegenbalgius ſubduxit, tollendus eſt numerus 8. Ea, quam dicta Chronologia apponit, admodum hallucinatur: ſicuti et in tribus cyclis penultimis, non e calculi alicuius arte et luſu, ſed ex inſomniis plane emtis, nulla conſtans ratio obſeruari poteſt: τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι.

2. Duo

2. Duodeviginti talia *Yugàm* efficiunt vnum *Sugàm*.

*Nota*: Hoc eadem docet Chronologia auilis.

3. Habent et epocham dictam *Tſchigâttam*. (Relationum Trangambarienſium T. I. p. 500.)

*Nota*. Aera iſta quae incipit cum anno Dionyſiano 78. Tamulice dicitur *Sagâtam*, Graendice autem *Shacabdam*. Hic *Sacae* annus qui ſit, anno ſuperiori vlterius declarauimus. (*)

## XI. De Kalendario Indico

Kalendarium vocant *Pandſ-ângam*, quaſi dicatur, *quintuplex corpus*.

*Nota*. Scilicet contenta faſtorum ſunt: I. *Tid'i* quindecim ſemimenſis partes. 2. *Wâram*, dies hebdomadis 3. *Nakſ hætram*, viginti ſeptem conſtellationes 4. *Yôgam* viginti ſeptem. 5. *Caræ-nam* vndecim, ſunt ideae Aſtrologicae, quae inſeruiunt delectui dierum auſpicatorum et infauſtorum: quo etiam ſpectat *Tiâgjiam*, momentum peſtiferum, tribus horis totidemque quadrantibus circumſcriptum, vt eo tutius euitetur.

2. Duplex eſt Kalendarium: *Sçiddh' ândam*, quo vtuntur Brachmanae boreales ſupra Madras et *Wâkjam*, quod ſequuntur Brachmanae inferioris peninſulae. Illud componitur ad lunarem normam, hoc ad ſolarem.

*Nota*.

* Vide infra in Paralipomenis doctrinae temporum Indicae p. 190. ſeq.

Nota: Praeter haec duo datur tertium, trans montem *Windi*, nempe Iouiale, de quo ſupra.

Nam in praefatione Kalendarii anni 1730. poſt encomium *Pulleiâri*, h. e. Filii, haec leguntur:

*Windjaç - jôttæra* : *dêshe* *Barbaſçpatja* *mân - abdo*
Vindi in Septentrionali regione Iouialis normae annus
*grabjaba*. *Dækſchina - dèshe* *çaura - ſandra - mân-*
moris eſt. Meridionali in regione ſolaris (et) lunaris normae
*âbdo* *gràbjaba* *Bârbaſçpatja - mân - êna* *Raudrja -*
annus moris eſt. Iouiali norma - tenus (eſt) Rautri
*çamwatçæráha* *Sçaura - shândra - mân - abbjâm* *Sçâ-*
annus. Solari (et) lunari norma - tenus (eſt) Sa-
*dh'ârana - çamwatçæráha*. *Sçarwatra guru*
darana annus. Vniuerſalis myſta (Iupiter) (quia)
*udæjawashâl Mâgh'-àbdáha. Açja çamwatçæracja Shâli-*
oritur, (eſt) feriarum annus. Hoc anno (eſt) Figlini
*wâbana - Shac - âbdáha* - - - *Câlj - àbdáha* - - -
vehiculi Sacae annus 1652. Caliugi annus 4831.

Reliqua ſunt prognoſtica de tempeſtate, frumento, natiuitate, calamitatibus, ceteris.

De eclipſi lunari in menſe Iulio, inauſpicata, praenunciantur regionibus *Câshtmi*, *Jawanà*, ſeu Indoſtaniae, alias etiam *Mlètſchaba* dictae, *Curu - kſchetra*, ſeu Arabiae, *Gandh'âr* ſeu Candahariae, et *Maçja*: nec non de ſolari in Decembre, regionibus *Cashtmi*, *Côçala*, *Câsbi* ſeu Banares et *Pundh'ra*.

APRILIS nomen eſt *Möſcham*, ad cuius primum diem, qui hebdomadis eſt ſecundus, haec notantur.

1. ☽ *Aſcht'ami* $38\frac{1}{4}$ hora *Vttirâdam* (conſtellatio) $50\frac{1}{2}$ h. *Sçittanâma - yôg m* $45\frac{1}{2}$ h. *Ebâlawa-cáræmam* h. 11. *Diwâwile* interdiu, h. 13. intellige *Tiâgjiam* eſt. *Wâkjam*, dictum: *Sankila natta*, quibus ſyllabis myſticis Kalendariographus in menſe hoc notatu digna comprehendit: vnde forte denominatio Kalendarii *Wâkja - Panshângam* nata, quia ad initium cuiusuis menſis eiusmodi *dictum* legitur.

Die quinto notantur horae diurnae 30. et 30. minuta.

Sic nono 30. 38′. et duodecimo 30. 48′.

Die octauo nouilunium, hora 19. 23′.

Nonus eſt primus Maii in lunari Kalendario *Sittânda-Panshângam*.

Vndecimo Mercurius intrat arietem hora 59. 13′°. idem conſtellationis *Ashwati*, ſecundum pedem ſeu quadrantem hora 47. et 17.° ſol conſtellationis *Bhâræni* ſecundum quadrantem hora 39. et 18.° Mars conſtellationis *Haſtam* ſeu *Attam* primum quadrantem h. 48. et 19.° Venus *Bhâræmi* quartum pedem h. 42. et 20.° Mercurius eiusdem dimidium hora 50. cet.

Viceſimo tertio, plenilunium, hora 44. $\frac{3}{4}$

MAII initium eſt hora 28. 49′. *Wrüſchabh-ércaba*, dum taurum ſol intrat. Sic

IVNII noctis antecedentis hora 52. 1′.

IVLII hora 28. 39′.

AV-

AVGVSTI noctis antecedentis hora 56. 51′.

SEPTEMBRIS noctis autecedentis hora 59. 1′.

OCTOBRIS hora 26. 23′.

NOVEMBRIS hora 20. 30′.

DECEMBRIS noctis antecedentis hora 50. 54′.

IANVARII hora 11. 47′.

FEBRVARII noctis antecedentis hora 39. 3′.

MARTII hora 27. 27′. *Mîn-êrcaba*, dum *Sol Piſcem* intrat: et eiusdem 31.° die, hora 47. 48′ $\frac{3}{4}$ ſequentis noui anni *Wiridigrut* initium, *Mêſch-êrcaba*, dum *Arietem ſol* intrat.

Obſeruandum tamen eſt, praeter haec puncta temporis, quibus ſol ſigna zodiaci intrare perhibetur, ad diem 12. vel 13. menſis etiam alia notari, *Ayanàm* (i. e. Tropicus, vt ſupra VI. 7.) dicta, quae ad aſtronomica propius accedunt, quibusque ſol curſum, vt aiunt, vlterius vertere (τρέπειν) molitur. Ita 12° Aprilis: *Wrüſchabh-âyanam*, tauri tropicus, hora 22. et 13. Maii: *Mittun-àyanam*, geminorum tropicus, hora 29. et 13° Martii *Meſch-âyanam*, arietis tropicus, hora 3.

2. Eclipſis ſolaris die 4. Iulii ſt. vet. in Europa ex parte fuit viſibilis, ſed Calendarium Indicum dicit: *Drüſchti gôſàrán-âſti*, *viſu conſpici nequit.* Aſt lunaris

d. 18. Iulii ſt. v. ibi fuit inuiſibilis, ſed Kalendarium noſtrum eam ita praedicit:

*Sçôm-oparâgaba. Sparsha-câlaba* - - -
*Lunae eclipſis. Detinendi tempus* (i. e. defectus initium,
5½ *Matja câlaba* 8½ *Môkſcha càlaba* 11
hora) 5½. *Medium tempus* h. 8½. Dimittendi tempus h. 11.
*Agreſt* - *parsha Nirurutì* - *môkſchaba*:
Euro auſtralis detentio Zephyro - auſtralis dimiſſio:
*Græbanam* - - - -
Eclipſis (occupabit) dimidium (diſcum lunae) et ſemiquadrantem.

Pari modo praedicitur eclipſis ſolaris d. 27. Dec. i. e. ſecundum ſtilum nouum 8. Ian. 1731. praemiſſis inſuper his circumſtantiis:

*Sçuri - oparâgaba. Græſta - ſtamjam* - *Grâç - ângulam* 30 *Grabj* - *ângulam* 33
Solis eclipſis. Prehenſio (fit) ſub occaſum. Petitur digitos 30. non correptus relinquitur digitos 33.

Hoc eſt Draco 63. digitos latum ſolem aggrediens, 30 digitos tantum corripiet. Reliqua, vt ſupra, deſcribuntur. Detinendi tempus hora 25¼ et ſemiquadrante. Medium tempus h. 27¾ et ſemiquadrante. Noctu dimittendi tempus h. 2. poſt occaſum. Zephyro-aquilonaris detentio, Euro-aquilonaris dimiſſio. Eclipſis dimidii et quadrantis.

3. Brachmanae circum Trangambariam, quotannis adeunt quendam *Gjôçaba*, ſeu Coſmographum, quem et *Dei-*

*Deiwagnjaba* ſeu Theoſophum vocant, vt Kalendaria inſequentis anni apud eum deſcribant. Is tabulas veteres a patre et auo et maioribus accepit, vna cum vſu tabularum.

*Nota I.* Iam Arrianus in Indicis teſtatur, inter Indos certa fuiſſe genera et vnicuique generi ſua officia, ſuas artes, matrimoniis non miſceri et ea quemque tractare, quae a maioribus acceperit.

*Nota II.* Tabulas Indos confeciſſe nullas, ſed ab aliis accepiſſe, liquet ex aſtronomiae ſumma ignoratione.

1. Lunam ſole altiorem ponunt. Coſmographia Grændica *Gjôtiſcham* dicta, cuius pars eſt ſaepius citatum *Bhucolàm*, regiones caeleſtes ita diſponit: "Sol a terra" diſtat 100, 000 *Togjænâ*, Tamulice *Toſinei* dicta, hoc" eſt, gradus, quorum quisque eſt interuallum denorum, ſeu" ſecundum alios, duodenorum *Nârbigei* i. e. miliarium Ger-" manicorum circiter binorum: a ſole luna, et ab hac ſtel-" lae, totidem gradus: a ſtellis ☿ 11. gradus: et ab hoc" ♀ totidem: ab hac ♃ 20 et ab eo ♄ 10 gradus." Duobus planetis eclipticis nullam eſſe propriam domum, ſed eos paſſim vagari aiunt.

2. Montem dicunt eſſe *Mahâ - Meru*, i. e. magnum Meram, (ab alio Paradiſiaco *Kæilàſçam* diuerſum) per 14. mundos extentum: circa illum montem, tum ſolem, tum lunam a ſerpente circumferri. Hoc ab iis Coſmas Aegyptius Indicopleuſtes accepit.

 3. Hunc

3. Hunc ſerpentem *Seſchaba* ſeu *Söſchen* nomine aiunt mille capitibus in vnum coëuntibus ferre et montem illum et 14. mundos. Quidam eum confundunt cum ſerpentibus eclipticis, a quibus tamen diuerſus eſt.

4. Qui tantum cauſſas eclipſium ignorant, quomodo poſſint eas praedicere in Kalendariis, niſi e tabulis ſuis aliorum opera elaboratis?

PARA-

# PARALIPOMENA
## DOCTRINAE
# TEMPORVM INDICAE.

# PARALIPOMENA DOCTRINAE TEMPORVM INDICAE.

*Ex Chriſtophori Theodoſii Waltheri epiſtola, Trangambariae* XXX. *Ian.* cIↄIↄccxxxII. *ſcripta.*

## *Calculatio Anni Indici.*

EAm Brahmanes in lingua ſua iam mortua ſic tradunt, e. g. Anni *Wirôdikrutii*, h. e. 1731.

*Sebaſchdir - winshati gunitam: Wjapageta çamwatçarena*
60 per 20 multiplicetur: praeterito anno
*çammishram. Dierna - wanu çametam, Shak'an - rupa*
adiiciatur. 9 et 400 addendo, Sacae regis
*kâlam wîgjanijat'. D'uçikala jutam warsham kaljab-*
tempus habes. Τοῖς 3179 adiuncto anno (iſto,) Caliu-
*dam abid'iale. Kaljabdo matula guno. Warſcha*
gam percipe. Caliugam (per) 365 multiplicetur. Anni (eiusd.)
*wanshena çammitam. Punar - abdan mana gu-*
quadrantem adiice. Porro (iſte) annus (per) 5 multi-
*nan. Çalapruja wiwargjitan. Tatçam - apteier -*
plicetur. 1237 ſubtrahantur. 576 ſubtrahe: (per)
*dineyer - juctam: Shucrawâr - adikan dinam: edat*
diem multiplica: Feria ſexta (eſt) initium dierum: is
*shud' a - d l nam proctam: Çancrama d'ruwam-ushjate.*
anni noui dies appellatur: menſis ratio (quoque) dicitur.

*Saca* rex dicitur *Shali - wahana - shacaha*, *Figlini vehiculi Saca*: quia in pueritia equo figulari vehebatur et pariter ac Cyrus puer regem agebat. Proſapia ipſius hoc modo narratur. Auus eius *Gôwinda - Çwami* (ita dictus a deo ſuo *Gô - winden*, (quaſi γαιοσυνελῷ, *dem Kub - Kemer*, *Wiſchtnu*, qui et Gô-*palen* ſeu Cabalus h. e. βȣκόλος audit) erat rex Indiae, qui quatuor filios genuit. *Wararüſtri*, primogenitus ex Brahmana vxore, cum figuli filia, Sacarum genere nata, conſueſcens, filium iſtum procreauit. Hic, patruele *Wikkramaditen*, qui tum ſceptra tenebat, de regno depulſo, vniuerſam Indiam imperio ſuo ſubiecit. Is ipſe auctor eſt proſapiae regum Mogulenſium *Saker* et *Tulukker* dictorum, quibuscum Tamerlanes poſtea nuptias pactus, poteſtatem regiam in poſteros ſuos transtulit. Talis eſt ortus *aerae Sacarum*.

Quo autem calculationes iſtae eo melius oculis ſeſe ſiſtant, calculi rationes ſubducamus.

| | |
|---:|---|
| 60 | |
| 20 | |
| 1200 | |
| 44 | annus cycli praeteritus. |
| 1244 | |
| 409 | |
| 1653 | aera Sacarum. |
| 3179 | |
| 4832 | Caliugum. |
| 365 | |
| 1763680 | |
| 1208 | Quadrans Caliugi. |
| 1764888 | dies. |

4832 Caliugum.
5
24160
1237
22923
21464 hoc eſt 567 tricies nouies.
459
60 horae diei, quae pariter in 60 minuta diuiduntur
27540 dies.
27072 h. e. 576 quadragies ſepties.
468 horae.
60
28080 minuta Winadi dicta.
27648 h. e. 576 quadragies octies.
432

1764888 } dies.
39 }

1764627 ab his ſubtrahantur *ſeptem* dies hebdomadae, toties quoties potes, euadet numerus in hoc exemplo 252132 $\frac{3}{7}$. Tres dies, qui remanent, numera a feria ſexta: ſic incidit annus nouus quaeſitus in *feriam ſecundam*, *horam quadrageſimam ſeptimam et minutum quadrageſimum octauum.*

*Ex Chriſtophori Theodoſii Waltheri epiſtola Trangambariae* X. *Ian.* cIↃIↃCCXXXV. *ſcripta.*

NOmina *cycli ſexagenarii Graendica* ſeu τȣ̃ *Kirendum* videbis litteris propriis pariter atque Tamulicis. Vocabula haec extra vſum Chronologicum, tamquam appellatiua quid cuncta ſignificent, hodie ſane nemo nouit. Quidam tradunt, fuiſſe nomina filiorum Brahmanae cuiusdam, *Parâſader*: in ſingulos annos ſexaginta, filium procreaſſe aiunt vnum. Sunt Telugis, Marathis, Canaris, reliquisque Indis communia. Mauri autem ſeu Tuluccae iis non vtuntur: quia ſuperſtitioni Muhammedis dediti ſint, adeoque in annorum computo *Hegjram* eius ſequuntur.

Indi noſtri non indigent biſextilibus annis aut menſibus intercalaribus, ſed horam et minutum primi diei aſſignant, in quod anni initium incidit. Myſterium calculationum ſuarum neminem facile docent: interim certum eſt, anni initium ſaepe in ſequentem feriam transferri. Annus eorum vtique eſt maior vero anno ſolari tropico: vnde anni Indici initium decem dies tardius quam noſter accidit. Sed an ante annos circiter 600, haec temporis menſura demum ſit recepta, dubito.* Cum Romano Imperio Iulianum quoque Calendarium per latum orbem receptum eſt, praecipue ab Aegyptiis, a quibus et noſtros illud accepiſſe puto. Sed aliquo forte tempore reformatum eſt, vt annus in ipſo aequinoctio verno initium habuerit. Non enim Indicum cum Iuliano pari iam

(*) Ex magnitudine anni Indici hoc ſuſpicabamur. Sed rem omnem plenius explicatam in Leonardi Euleri V. C. Indorum anno ſolari Aſtronomico. Vide infra p. 201.

ſum paſſu ambulat. De numero 1237. (*) non poſſum iudicare, tantum eſt certum, illum fuiſſe fixum inde a tempore, quo forma calculationis iſtius, quam transſcripſimus, Grændice tradita eſt per ſyllabas *ca-la-prü-ya*, hoc eſt, 7. 30. 200. 1000. Eſt enim forma generalis in omnium annorum calculo adhibenda. Addo initia annorum:

*Pramadutſcha* ſ. 1733. 1. April. ♃ h. 18. 59″.
*Ananda*, 1734. 31. Martii anni praeteriti ♀ noctu h. 22.
*Rakſchada*, 1735. 31. Martii a. p. ♄ noctu hora 19½. At iſtius initium καιρικὸν eſt ♄ et huius, ☉.

*Ex epiſtola* RR. *Nicolai Dalii*, *Martini Boſſe*, *Ch. F. Preſſieri et C. T. Waltheri* 1735. 30. *Dec.*

Ad doctrinam temporum Iudciam c. V. 5. adde quatuor annos recentiores. Coepit
*Pramâtitſcha* ſ. 1733. ♃ hora diei 18.
*Aananda*, 1734. ♀ h. noctis 4. vel ſecundum alios 22.
*Râkſchaça*, 1735. ♄ h. noctis 25. aliis 19.
*Nalá* 1736. ☉ etiam noctu. Ita annus 1733. poſt quartum fuit biſextilis: nam annus 1734. verum initium fecit demum ♄ vti 1735. ☉ et 1736. ☽.



(*) Initio dubitabatur an hic numerus eſſet fixus, ſed nunc vide infra.

*Ex eiusdem et ex R. Ioannis Antonii Sartorii, Miſſionarii, litteris, Madraſtae* 11. *Ian.* 1735. *ad me ſcriptis, de Sandramanam, ſeu norma anni lunaris Wardugici.*

CVm doctiſſimus auctor doctrinae temporum Indicae normam anni ſolaris *Sçaura mânam* et *Wâkjam* dictam ſequeretur, quae Trangambariae et in toto auſtrali peninſulae iſtius tractu viget, alteram formam anni lunaris, exploratam non habuit. Quocirca, quae deinde tum ex illius, tum ex R. Ioannis Antonii Sartorii ad me litteris de hac norma potui colligere, adiicienda heic iudicaui, vt interim, dum pleniora certioraque teneamus, his fruerentur lectores noſtri.

Anni igitur *Sandra-manam*, ſeu *lunaris forma*, etiam *Sitandam* ſeu *Sidd' andam* dicta, *Badagarum* vel *Vardugorum*, alias *Telugorum* eſt, inter quos Madraſta ſeu Fortalitium S. Georgii, Anglorum colonia floret. Differre dicitur a norma Trangambarienſium ſolari tantummodo $\frac{1}{4}$ aut $\frac{1}{2}$ ad ſummum $1\frac{1}{2}$ *Nârighei*, hoc eſt, minutis Europaeis $6^{\prime}$. $12^{\prime\prime}$. $36^{\prime\prime\prime}$. Itaque illi anni lunares non ſunt, norma ipſa cur lunaris vocetur, nihil adhuc inuenio. Auctor calendarii τȣ *Sidd' andam* eſt Brahman quidam, qui duodecim milliaria Germanica a Madraſta, in loco *Kahweri-pacam* dicto habitat. Is tabulas ſecum habet a maioribus ſuis haereditate acceptas, ex quibus ſupputationem in quemuis annum conficit. Nunc autem fama eſt, vix ad quindecim annos reliquos has tabulas ſufficere. Sub finem cuiusuis anni vndique Brahmanes

manes ad eum confluunt, qui calendarium proximi anni deſcribunt in foliis arborum eaque ἀπόγραφα domum referunt, de quibus alia diſtribuenda per populum ſumuntur. R. Sartorius Calendarium eiusmodi ope Brahmanae vnius et alterius interpretatus eſt. In eo primum eſt encomium τȣ̃ *Pulleiar*, deinde ſic praefatus eſt auctor: In regionibus vltra montem *Windja* eſt annus Iouialis" *Rettâſchi* dictus: in noſtra autem regione annus eſt ſo-" laris et lunaris Hic annus dicitur *Aananda*, 48$^{us}$ cy-" cli ſexagenarii et ſecundum epocham *Schakâbdam*, an-" nus 1656. a principio τȣ̃ *Kaljugam*, elapſi ſunt anni" 4835. ergo hic eſt 4836$^{us}$ annus." Sequuntur prognoſtica de pluuia, tempeſtatibus, fertilitate, ſterilitateque, in quibus multa ſunt ridicula. Sed ſolem quoque, docet, iter ſuum meridiem verſus facere atque vt amictus armatusque, quibus hoc anno ſeptus comitibus ſit demonſtrat, vnde noua enaſcitur prognoſticorum ſeges. Calendarium ipſum incipit A. 1734. 10. April. ſt. n. Saturni die, ſuccedunt ad ſingules dies, Phaſis Lunae, Conſtellationes, *Iogam*, *Caraenam*, *Tiadſchiam*, denique *Saram*. *Saram* ſunt annotationes variae de planetarum ortu et occaſu, de longitudine dierum, de feſtis diebus, et quae ſunt reliqua. Calendarii illius hanc accipe diſpoſitionem per menſes diesque tum noſtros tum Indicos:

*D. Menſes Indici.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1734. | ♄ 10. *April* | 1. | *Sittirei.* | *dierum* | 30. |
| | ☽ 10. *Maii* | 1. | *Weiaſi.* | — — | 32. |
| | ♀ 11. *Iun.* | 1. | *Aani.* | — — | 32. |
| | ♂ 13. *Iul.* | 1. | *Abdi.* | — — | 31. |

♀ 13.

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | ♀ | 13. | *Aug.* | 1. | *Aawani.* | — — | 31. |
| | ☽ | 13. | *Sept.* | 1. | *Puredtadi* | — — | 30. |
| | ☿ | 13. | *Oct.* | 1. | *Apaſi.* | — — | 30. |
| | ♀ | 12. | *Nou.* | 1. | *Cartigei.* | — — | 30. |
| | ☉ | 12. | *Dec.* | 1. | *Mærghari.* | — — | 29. |
| 1735. | ☽ | 10. | *Ian.* | 1. | *Tei.* | — — | 30. |
| | ☿ | 9 | *Febr.* | 1. | *Mâſi* | — — | 30. |
| | ♀ | 11. | *Mart.* | 1. | *Panguni.* | — — | |

Deſinit Calendarium ♀ 25°. Martii, 15°. die *Panguni.* Sunt hi dies 350. Additum eſt interpretationi huius Calendarii, extremi menſis dies in Calendario ſequentis anni praemitti connexionis cauſſa. Sed quae illa cauſſa ſit, non magis mihi apparet, quam quot dies menſi *Panguni* ſint adſignandi. Subiiciam igitur hic annos antea elapſos:

| A. C. | A. Cycli LX. | | Phaſi ☽ | Conſtellat. |
|---|---|---|---|---|
| *A.* 1733. | *Paramatiſcha coepit* | ♃ *cum* | 10. | *Tiruwinum* |
| 1732. | *Paratabi* | ☿ | 14. | *Aſtam.* |
| 1731. | *Wiródigrut.* | ♂ | 4 | *Rogani.* |

Vnusquisque eorum trium annorum fuit dierum 365.

*Leon-*

## *Leonardi Euleri*

## DE

# INDORVM ANNO SOLARI ASTRONOMICO.

1.

INitium cuiusque anni Indi non conſtituunt, prout apud nos moris eſt, in ipſo alicuius diei principio, ſed in eo temporis momento, quo ſolem ad certum quoddam coeli punctum appellere arbitrantur. (p. 164.) Hoc autem punctum, vtrum ſit initium ſigni arietis, an potius initium conſtellationis arietis, non ſatis liquet ex deſcriptione, qua dicunt annum incipere eo ipſo momento, quo ſol arietem ingrediatur. Sed iſte terminus cum ex quantitate anni, tum ex ipſo definiti cuiusdam anni initio poterit definiri.

2. Quod ad quantitatem anni huius aſtronomici Indorum attinet, ea ex initiis annorum 1728, 29, 30, 31, 32, (p. 199.) inſertis colligere licet. Calculo ſcilicet apud Indos recepto, quo diem in 60 horas, horam in 60 minuta, minutum in 60 ſecunda diſtinguunt, ſatis liquet, annum eorum continere 365 dies, 15 horas, 31 minuta et 15 ſecunda; quae quantitas, noſtro tempus diuidendi modo, praebet 365 dies, 6 h. 12′, 30″.

3. Si iſta anni quantitas ad dies dierumque partes reducatur, reperietur annus Indorum continere $365 + \frac{1}{4} + \frac{5}{576}$ dies, quam quantitatem anni etiam in ipſorum tabulis aſtronomicis eſſe receptam, ex methodo cuiusque anni initium computandi p. 194. deſcripta, abunde intelligitur. Id nempe declarant diuiſiones per numerum 576 inſtituendae, quae ſaepius repeti debent. Deinceps vero hoc eo clarius patebit, cum ex hac ipſa anni quantitate, eandem, qua Indi vtuntur, calculi inſtituendi regulam deriuauero.

4. Indorum ergo annus ſuperat annum noſtrum tropicum dies 365, 5 h, $48'. 57''$ complectentem, atque exceſſus eſt $23'. 33''$. Quamobrem anni Indici initium perpetuo tardius ratione noſtri incidet, et quidem ſemper poſt 61 annos integro die magis promouebitur anni Indici initium; ita vt, cum A 1730, annum Aprilis die 1. ſt. v. inceperint, A. 1791 apud eos anni initium in Apr. diem 2 et A. 1852 in April diem 3 incidere debeat. Atque interuallum 22311 annorum noſtrorum, Indi integro anno minus computabunt, eritque apud eos tantum 22310 ann..

5. Annorum ergo initia apud Indos non in eandem perpetuo tempeſtatem anni incident, prout apud nos fieri ſolet, ſed ſucceſſiue in alias atque alias tempeſtates, ita vt interuallo 22310 annorum per omnes tempeſta-

peſtates anni initium ſit ambulaturum. Ex quo intelligitur, ipſorum anni initium neque ab ingreſſu ſolis in puncta aequinoctialia, neque in ſolſtitialia peti, ſed potius ad loca Eclipticae vaga et inconſtantia referri, quae qualia ſint, haud arduum erit definire ſequenti modo.

6. Satis accurate Indorum annus congruit cum anno ſidereo noſtro, quo ſol reſpectu ſtellarum fixarum in idem caeli punctum reuertitur, cuius anni quantitas ab Aſtronomis ponitur 365 d. 6 h. $10'$, ita vt Indorum annus tantum $2'$ ab hoc anno ſidereo diſcrepet; qui tantillus error, propter inſufficientiam obſeruationum, quae admodum antiquae perhibentur, facile eſt condonandus. Dubium ergo non eſt, quin Indi ſuos annos ex motu ſolis periodico reſpectu fixarum menſurare inſtituerint, praeſertim cum eo tempore, quo tabulas ſuas condiderunt, differentiam inter annum tropicum et ſidereum vix animaduertiſſe cenſendi ſint.

7. Collocauerunt autem Indi initium anni 1734 ſecundum noſtrum calendarium ſtili noui in diem 10 Aprilis, quo tempore ſol in ♈ $20^{\circ}$ verſabatur. Eſt ergo ipſis ea ſtella fixa, quae in $20^{\circ}$ ♈ hoc tempore obſeruabatur, terminus fixus, ex quo, cum ſol eum attingit, initium anni ſui conſtituunt. Non ergo iſte terminus fixus eſt prima

ſtella arietis, quippe quae illo tempore in $29^{\circ}$ ♈ reperiebatur, ſed aliam ſtellam fixam eſſe oportet $9^{\circ}$ ante * 1 ♈ remotam, quam, qualis ſit, ex catalogo fixarum forte coniectare licebit; erit autem ſtella notabilior in conſtellatione piſcium.

8. Cum iam quantitas anni ſit cognita, quam Indi receperunt, facile erit, ex dato initio cuiusuis anni, initium ſequentis determinare, addendo initio anni praeteriti vnam feriam, 15 horas, $31'$, $15''$. Ita cum anni 1731, initium per calculum definitum ſit in feria 2 hor. 47, $48'$, $45''$ anni ſequentis initium cadere debebit in feriam 4, h. 3, $20'$, $0''$.

9. Hac ergo ratione inuenientur facile omnium annorum initia, eaque ipſa, quae operoſo calculo ad modum praeſcriptum inſtituto eruuntur.

An-

*Annorum initia.*

| | Fer. | | Hor. | | Min. | | Secund |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| A. 1718. | 7. | — | 26. | — | 2. | — | 30. |
| 1719. | 1. | — | 41. | — | 33. | — | 45. |
| 1720. | 2. | — | 57. | — | 5. | — | 0. |
| 1721. | 4. | — | 12. | — | 36. | — | 15. |
| 1722. | 5. | — | 28. | — | 7. | — | 30. |
| 1723. | 6. | — | 43. | — | 38. | — | 45. |
| 1724. | 7. | — | 59. | — | 10. | — | 0. |
| 1725. | 2. | — | 14. | — | 41. | — | 15. |
| 1726. | 3. | — | 30. | — | 12. | — | 30. |
| 1727. | 4. | — | 45. | — | 43. | — | 45. |
| 1728. | 6. | — | 1. | — | 15. | — | 0. |
| 1729. | 7. | — | 16. | — | 46. | — | 15. |
| 1730. | 1. | — | 32. | — | 17. | — | 30. |
| 1731. | 2. | — | 47. | — | 48. | — | 45. |
| 1732. | 4. | — | 3. | — | 20. | — | 0. |
| 1733. | 5. | — | 18. | — | 51. | — | 15. |
| 1734. | 6. | — | 34. | — | 22. | — | 30. |
| 1735. | 7. | — | 49. | — | 53. | — | 45. |
| 1736. | 2. | — | 5. | — | 25. | — | 0. |
| 1737. | 3. | — | 20. | — | 56. | — | 15. |
| 1738. | 4. | — | 36. | — | 27. | — | 30. |
| 1739. | 5. | — | 51. | — | 58. | — | 45. |
| 1740. | 7. | — | 7. | — | 30. | — | 0. |

10. Primus anni dies apud Indos ſemper eſt primus dies menſis Aprilis, illum autem non ſemper in ea feria collocant, in quam anni initium incidit; ſed ſi anni initium interdiu celebratur, illum ipſum diem; ſin autem noctu anni initium euenit, tum ſequentem diem pro primo Aprilis die conſtituunt. Ex tabula ergo exhibita ſtatim appareat, in quam feriam cuiusque anni primus dies incidere debeat. Scilicet cuiusque anni dies primus eadem erit feria, quae in tabula eſt expreſſa, ſeu in quam anni initium incidit, ſi numerus horarum fuerit minor quam 30. At ſi horarum numerus 30 ſuperet, tum primus anni dies ſeu Aprilis dies primus in ſequentem feriam transfertur. Cognitis autem feriis, in quas ſingulorum annorum primi dies incidunt, ſtatim apparet, quinam anni debeant eſſe biſſextiles: cum enim ſaltus fit per duas ferias tum annus praeteritus erit biſſextilis et continebit 366. dies.

11. Ex cognitis ergo annorum ab 1718. usque ad 1740. initiis ſequitur ſequens tabula, in qua indicatur, in quamnam feriam cuiusuis anni primus dies incidat, et quinam anni ſint biſſextiles.

*Dies Ius. eſt*

| | Feria. | |
|---|---|---|
| A. 1718. | 7. | biſſextilis |
| 1719. | 2. | |
| 1720. | 3. | |
| 1721. | 4. | |
| 1722. | 5. | biſſextilis |
| 1723. | 7. | |
| 1724. | 1. | |
| 1725. | 2. | |
| 1726. | 3. | biſſextilis |
| 1727. | 5. | |
| 1728. | 6. | |
| 1729. | 7. | biſſextilis |
| 1730. | 2. | |
| 1731. | 3. | |
| 1732. | 4. | |
| 1733. | 5. | biſſextilis |
| 1734 | 7. | |
| 1735. | 1. | |
| 1736. | 2. | |
| 1737. | 3. | biſſextilis |
| 1738. | 5. | |
| 1739. | 6. | |
| 1740. | 7. | |

12. Egregie haec conueniunt cum iis, quae pag. 160. habentur, vbi anni, 1718, 1722, 1726. et 1729. eſſe

eſſe biſſextiles perhibentur. Quod autem Indi aiant, poſt 60 annos calculum reconcinnari, ſeu anni primum diem in eandem feriam recidere, id quidem vero eſt proximum, cum 60 annis primus dies anni 6 feriis cum 46 horis promoueatur, hoc eſt fere 7 feriis ſeu integra ſeptimana. Interim tamen non abſolute eſt verum: euenire enim poteſt, vt, cum huius anni primus dies in feriam primam inciderit, ſexageſimi poſt hunc non in primam ſed ſeptimam tantum incidat. Praeterea etiam conuenientia noſtrae tabulae cum p. 168. eſt notanda, vbi mentio fit, quod A. 1729. April. d. 1. in d. ♄ ſeu feriam 7. A. 1730. in diem ☽. A. 1731. in d. ♂ incidiſſe, quae cum tabula apprime congruunt. Denique cum p. 198. in dubio ſit relictum, vtrum anni 1734. initium in 4. an 22. horam noctis incidat, hinc patet, priorem ſententiam eſſe praeferendam, incidit enim huius anni initium in horam 34, quae eſt noctis hora 4. Forte hae 22. ex numero minutorum ortum traxerunt.

13. Quanquam modo ante vſurpato facile cuiusuis anni initium inueniri poteſt, tamen regula p. 194. deſcripta non ſolum non eſt contemnenda, ſed admodum vtilis eſt ad anni cuiusuis praeterlapſi initium aſſignandum. Quemadmodum autem anno fixo ad huiusmodi calculum ineundum opus eſt, cuius initium conſtat, ita in hac regula vſurpatur primus annus Caliugam, cuius initium incidiſſe debet in feriam tertiam horam 51, min. 8. 45″. menſura Ind. Vnde enaſcitur numerus 1237, qui in calculo adhibetur.

14. Propoſito ergo quouis anno, cuius initium debe' determinari, ante omnia tempus ab initio primi Ann' Caliugam vſque ad annum propoſitum elapſum debet inueſtigari, quod fit, addendo ad annum aerae ſexagenariae praeteritum, annorum ab aera Sacarum vsque ad initium aerae ſexagenariae, in qua eſt annus propoſitus, elapſorum numerum, ad quem ſi addantur 3179 anni, prouenit interuallum temporis a primo anno Caliugam ad annum propoſitum praeterlapſi.

15. Numerus annorum iſte inuentus ſi multiplicetur per anni quantitatem in diebus nempe $365 + \frac{1}{4} + \frac{1}{576}$ prodibit numerus dierum a primo anno Caliugam elapſorum, a quo numero, quia initium primi anni Caliugam non in initium primi diei, ſed eius horam $51, 8' \, 45''$ incidit, et quia feria quaeſita non a prima ſed a ſexta quaeritur, ſubtrahi debet numerus $2 \frac{85}{576}$ ſeu $\frac{1237}{576}$. Haec ergo ſumma ſi per 7 diuidatur, ſeu ſeptenarium, quoties fieri poteſt, ſubtrahatur, dabit reſidui pars integra feriam, in quam anni propoſiti initium incidit, a feria ſexta computandam. Pars vero fracta in partes ſexageſimales conuerſa dabit tum horam, tum minutum, tam primum quam ſecundum, in quod anni initium incidit. Iſte igitur calculus regulis arithmeticis conſentaneus, exactiſſime conuenit cum methodo Indorum deſcripta, atque hinc totius proceſſus deſcripti ratio intelligitur. Cum autem ex regula, quemadmodum eſt deſcripta, difficulter appareat, quomodo fractiones tractari conueniat, exemplo rem declarabimus.

16. Sit ergo propoſitum anni praeſentis 1736 initium apud Indos inueſtigare. Anni ergo praeteriti cyclus erit 49. Et calculus erit, vt ſequitur;

60<br>
20<br>
———<br>
1200<br>
49<br>
———<br>
1249 annus Cycli praeteritus.<br>
409<br>
———<br>
1658 aera Sacarum.<br>
3179<br>
———<br>
4837 Caliugam per $365 + \frac{1}{4} + \frac{5}{576}$<br>
365<br>
———<br>
1765505<br>
$200\frac{1}{4}$ } $\frac{1}{4}$ Caliugum.<br>
———<br>
$176074\frac{1}{4}$

4837<br>
5<br>
———<br>
24185<br>
1237 per regulam.<br>
576 } 22948<br>
———<br>
$39\frac{484}{576}$

Erg. $1766754\frac{52}{576}$ num. dierum effluxorum diu. per 7. erit reſid. $3\frac{52}{576} = 3\frac{13}{144}$ ferias. Initium anni incidit ergo in feriam 3 a ſexta numerando, h. e. in feriam

2 Fra-

2 Fractio autem dat huius feriae horas 5, et 25″ plane vt ſupra poſuimus.

17. Calculus quidem iſte plurimis modis facilior et breuior reddi poteſt; nempe, vbi per 365. multiplicari debet, eius loco multiplicatio per vnitatem poteſt ſubſtitui, cum 364, per 7 diuidi queat. Deinde ſi numeri per 576 diuidendi cum 576, habeant diuiſorem communem, quoque reducendo fractiones, calculus facilior reddi poteſt; ſed haec non ſunt magni momenti. Praeterea ſi loco numeri 1237, iſte 1813 ſubtrahatur, tum immediate obtinebitur feria, in quam anni initium incidit.

18. Quod ad menſes huius anni ſolaris Indici attinet, dierum numerus, qui ſingulis menſibus tribuitur, mihi omnino non pro lubitu aſſignari videtur. Pro menſe enim Indi habent temporis ſpatium, quo ſol duodecimam eclipticae partem percurrit, ita vt duratio menſis pendeat a celeritate ſolis. Cum ergo ſol aeſtate tardius progrediatur quam hyeme, mirum non eſt, quod Indi menſes aeſtiuos longiores faciant hyemalibus.

19. Hinc fit, quod apud Indos idem menſis in diuerſis annis non eodem numero dierum conſtet. Quemadmodum enim in annis facere ſolent, ita etiam in menſibus ſine dubio illum menſis primum diem conſtituunt, in quo vel ipſo, vel praeterita nocte, ſol nouam Eclipticae partem eſt ingreſſus. Ex quo eueniat neceſſe eſt, vt idem menſis interdum vno die abundet, prout in anno accidit. Perſpicuum porro eſt, Indos in annis biſſextilibus diem in-

tercalarem omnino non habere, cum ipſe ſolis motus cuiusque menſis quantitatem determinet.

20. Cum ergo ex inaequalitate menſium conſtet, Indis inaequalitatem motus ſolis non eſſe incognitam, operae pretium foret noſſe, cuiusmodi aequationum ſolarium tabula vtantur, quae qualiscunque ſit, a noſtris tabulis non multum erit diuerſa.

21. Quid Indis ſint Iogam ſeu 27. conſtellationes zodiaci, mihi quidem non obſcurum videtur. Nam cum ex his conſtellationibus menſem quartae ſpeciei conſtituant, ſatis patet, hic menſes lunares periodicos intelligi, qui circiter 27 diebus abſoluuntur. Quare cum luna 27. dies impendat ad zodiacum percurrendum, vna Iogam videtur eſſe vigeſima ſeptima pars zodiaci, congeriesque ſtellarum in huiusmodi ſpatio exiſtens eſt ſine dubio vna huiusmodi conſtellatio, cuiusmodi in zodiaco 27 numerant. Deinceps, quando in Calendariis haec Iogam aſſignant, his ſine dubio indicare volunt, zodiaci partem, in qua luna quouis die verſatur: et cum luna vno die interdum in duas eiusmodi conſtellationes ingredi queat, mirum non eſt, ſi aliquando vni diei duae conſtellationes tales inueniuntur adſcriptae.

### *Regula pro computando anni cuiusuis initio.*

Primo numerus ſexagenarum, in quo annus propoſitus occurrit, multiplicetur per $5\frac{25}{48}$ et ad productum addatur $3\frac{71}{96}$. Deinde cyclus anni quaeſiti multiplicetur

1 $\frac{1}{11}$

$1 + \frac{1}{4} + \frac{5}{576}$ et productum ad prius addatur, quo facto aggregatum per 7 diuidatur, reſiduumque indicabit feriam vna cum horis et minutis, quo tempore anni initium incidit.

Ex. gr. ſi anni 1736. initium quaeratur, cuius cyclus eſt 50, et index cycli ſexagenarii 20; calculus ſequenti modo ſe habebit.

$$\begin{array}{r} 20 \\ 5\ \frac{25}{48} \\ \hline 100 \\ 10\ \frac{5}{12} \\ 3\ \frac{71}{96} \text{ add.} \\ \hline 114\ \frac{15}{96} \end{array} \qquad \begin{array}{r} 50 \\ 1 + \frac{1}{4} + \frac{5}{576} \\ \hline 50 \\ 12\ \frac{1}{2} \\ \frac{250}{576} \\ \hline 62\ \frac{538}{576} \\ \text{Add. } 114\ \frac{90}{576} \\ \hline \text{per 7. diu. } 177\ \frac{13}{144} \end{array}$$

$$\begin{array}{r} 13 \\ 60 \\ \hline 144 \left\} \begin{array}{r} 780 \\ 720 \\ \hline \end{array} \right\} \end{array} 5 \text{ hor.}$$

reſtabit $2\ \frac{13}{144}$ haec fractio eſt

$$\begin{array}{r} 60 \\ 60 \\ \hline 144 \left\} \begin{array}{r} 3600 \\ 288 \\ \hline 720 \end{array} \right\} \end{array} 25.\ \text{min.}$$

Initium ergo anni cadit in feriam 2, 5 hor. 25. min. vt ſupra.

## *Emendanda*

p. 18. in nota lin. 1. lege: *veterum Perſarum p.* 491. *confer p.* 302.

p. 19. lin. 25. lege: A*mmiani*

p. 34. in nota lege: *In Indicis Arriani*

p. 35. lin. 5. lege: *in Gandaridis Praſiisque*

p. 37. lin. 4. lege: *amnem tantundem.*

p. 75. lin. 7. lege: *poſtuma*

p. 80. lin. 11. lege: Οζήνη. Ibid. iterum: Οζήνη

p. 105. in nota: lin. 4. poſt: *Bergler monuit*, adde: *et Porphyrium in vita Plotini p.* 120. *ad Fabricii in Bibl. Graeca.*

IN-

# INDEX.

### A.


Adrepſa vrbs 20.
Africani (Iulii) Ceſti 101.
Ahazi regis ſciatericum gnomonicum 146.
Alexandri M res in Bactriis geſtae 25.
memoria apud Indos 30.
an vsque ad Gangem peruenerit 79. 80.
Antiochi Dei excitus 54. ſeq.
Annus Indorum et Turcarum 166. Vide infra in *India*
Apollodotus rex Indiae 78. 80. 81.
Arabes quando ſtudiis Graecis ſeſe tradiderint 129.
Arabia ab Indis quomodo vocetur 185.
Aria regio 12.
Arithmetica Graeca et Indica 123. ſeq.
Arrianus illuſtratus 48. ſeq.
Aſiani Scythae 97.
Aſii Scythae 97.
Aſpaſiacae gentes 63. 72.
Aſpaſiatrae gentes 62.
Aſtacana vrbs 19.
Aſtronomicae tabulae Indorum 167. vide etiam in *India*
Attalus rex 65.


### B.


Bachara 17.
Bacchus v. Dionyſus
Bactra v. Bactrii
Bactria v. ibid.
Bactriana v. ibid.
Bactrii
Regio Bactria et Bactriana vnde dicta 6.
—— confunditur cum Sogdiana et Choraſmia 6. 14. 20.
—— eius magnitudo 6. 14.
—— limites auſtrales 7.
—— —— boreales 11.
—— —— occidentales 12.
vrbes 6. 15. 17. 18. 19. ſeq.
vrbs Bactra 6.
—— an Zariaſpa? 17.
—— non eſt Bochara 16.
—— eſt Balch 17.
—— eius moenia 94.
fluuius Bactrus 6. 17.
agri fertilitas 106.
argenti fodinae 106.
Bactrii cuius ſtirpis populus 21.
an a Scythis orti 20. 21.
eorum lingua 21.
—— mores 20. 94.
—— humanitas 21.
—— philoſophia 21.
—— philoſophi Samanaci 21. 22.
apud eos Graecae artes florent 107.
—— ſchola militaris Graeca ab Alexandro M. condita 109.
—— in ea Graeca lingua docebatur 109.
Graece loquebantur 111. 112.
eorum in numis Graeca lingua 107.
eorum chronologia 38.
—— epocha 57.
—— anni forma 134.
—— annus Metonicus 57.
barba virorum raſa 101.
equites 100.
—— haſtae 100. 101.
—— tiarae 101.
mulieres 99.
ſepultura 21. 77. 94.
Bactrii: eorum res geſtae
a Baccho victi 1.
ab Oſymandua rege bello petiti 5.
a Nino bello petiti 5.
cum Semiramide res geſtae 6


cum

cum Sardanapalo 6.
a Cyro debellati 22.
ſub Dario Hyſtaſpe 23.
—— Xerxe 23.
—— Artaxerxe 24.
—— Dario Codomanno 24.
contra Macedonas pugnant 24.
deuicti ab Alexandro M. 24.
deficiunt ab eo 25.
in Garabactris Macedones deficiunt 30. ſeq.
tumultuantur 31.
ſub Seleuco Nicatore 32. 36. ſeq.
—— Antiocho Theo 56.
ſub regibus ſuis et Graecis, vide infra
fuſi ab Antiocho M. 71.
bellum cum Indis gerunt 74.
Parthi eos adoriuntur 96.
—— quasdam prouincias occupant
bella cum Scythis 72. 96.
ſub Parthorum poteſtate 98.
ſub Perſis 99.
ſub Muhammedanis 128.
Bactrii: eorum ſatrapae et duces ſub Perſis 31.
—— Tanyoxarxes 23.
—— Magus 23.
—— Hyſtaſpes 23.
—— Maſiſtes 23.
—— Hyſtaſpes 23.
—— Artabanus 23.
—— Beſſus 24.
eorum ſatrapae ſub Macedonibus
—— Artabanus 23.
—— Amyntas Nicolai filius 26. 27. 32
—— Bicon ſ. Beg 31.
—— Staſanor Solienſis 32.
eorum praeſides regionum 25
eorum Boxus ſ. Paſcha 31.
Reges veteres
—— Oxyartes 5.
—— Zoraſtres 5.
Reges Graeci
—— Athenodorus rex tumultuarius 30. ſeq.
—— regni Graeci initia 56.
—— ſtatus ordinatus 57.
—— amplitudo 93.
—— ſub eo Choraſmii 58.
—— —— Seres et Phryni 83.
—— regius titulus 72. 102.
—— Βασιλεῖς μεγάλοι 102.
—— I. THEODOTVS 45
—— II. THEODOTVS Theodoti filius 58. ſeq.
—— III. EVTHYDEMVS 67. ſeq.
—— IV. MENANDER 4 ſeq.
—— V. EVCRATIDES 85. ſeq.
—— VI. EVCRATIDES Eucratidis filius 95.
Regnum imminuitur a Parthis 96.
—— eius interitus 97. 98.
—— reges iterum in Bactriis 98.
Bactrus fluuius v. ſupra.
Badagae populus 175. 198.
Balara Philoſtrati 30.
Balch vrbs vnde dicta 17.
Balch Bachara 17.
Banares 138.
B.neanenſis populus 131. 164.
Barba Macedonum et Bactriorum raſa 101.
Barygaza 80.
Baſcha v. Paſcha.
Βασιλεῖς 102. ſeq.
—— Μεγάλοι 102. ſeq.
Beg 31.
Belhera regio 29. 30.
Belur regio ibid.
Boxus 31.
Brahmanes qui? 22. 126.
eorum mores 22
—— ſtudia 22.
—— numerorum nomina 113. ſeq.
d.ea

—— dies hebdomadis 137
Bruce (Comes) laudatur 100. 101
eius numophylacium 100

## C.

Calendarium Sinicum *Tay çu* 141
Indorum 128. 149. 176. 184. 185.
Vardugorum 176.
Calmucici numeri 130.
liber eleg intibus typis editus 130.
Capgjak regio 63.
Caſcha vrbs 164.
Cavaris Ptolemaei 19.
Caucaſus Indicus 8.
Chaldaeorum periodi 180.
Chatracarta Ptolemaei 19.
Choraſmii 13. 14
cum Bactrianis et Sogdianis confuſi 20.
dux Pharasmanes 26.
ſub Bactriis 58.
Chryſococcas illuſtratus 4.
Clepſydra Perſica 148.
Cobali qui? 3.
Conchae in ſacris Bacchicis 3.
vocabulum Indicum 3.
Conſtellationes Indicae 157
Cotate vrbs Indica 155.
Cteſias illuſtratus 23. 24.
Curiandra Ptolemaei 19.
Curtius illuſtratus 165.
Cyreſchata 19. 20.
Cyropolis 20.

## D.

Dachanabades regio 70.
Dacnica lingua 114.
Debaſch fluuius 17.
Demetrius Euthydemi filius rex Indiae 73. 75. 82. 84. 89. 92.
Demetrius Soter Parthos inuadit etc. 95.
Dhakan regio 114
Dhakon regio 114
Diluuium 180.
DDdotus 45.
ionyſus vnde ortus 2
in Mero natus 2.
Nyſae natus 2.
Indis Maidhaſuren dictus. 3.
quomodo ab Indis deſcribatur. 3.
eius res in India geſtae 1.
Bactrios vincit 1.
Dionyſiacus apparatus ex India 3. 4
Dios nomen proprium 45.
Dioſcurias inſula 111.
Drangaritae 89.
Drepia Ptolemaei 20.

## E.

Eclipſium ſolarium cauſſae ſecundum Indos 153. 154.
lunarium 152. 154.
Ecliptica Indorum 157. 165.
Elephantes Antiochi M. 73.
Emodus mons 9
Eucratides rex 85.
eius numus 99. 100. ſeq.
Eucratides Eucratidis filius rex 95.
Eucratidia vrbs 93.
Eulerus (Leonardus) de Indorum anno ſolari Aſtronomico 201. ſeq.
Eumenes rex 65.
Euthydemus rex 67. ſeq.
Euthydemia vrbs 84. 85.

## G.

Garabactra 30.
Geographica tabula Peutingeriana illuſtrata 7.
Geographus Rauennas illuſtratus 8. 83.
Graeci
coloni in Parthia, Bactriana et India 108.
iis Parthi reges fauent 107
eorum ſchola militaris in Bactriis 109.
lingua in oriente vſitata 109.
—— lingua in numis Indicis Parthicis Bactrianis 107 108.
Graece loquebantur Indi 109 110.

—— —— Bactrii 111. 112
—— —— Hunni 111. 112.
—— —— Socotoriae inſulae incolae 111.
eorum artes in Bactriis florent 107.
artes in Indiam et reliquum orientem inuexiſſe videntur 112.
—— numerorum nomina 112. ſeq.
—— arithmeticam 123.
—— muſicam 133.
—— cyclum Metonicum 133. 134. ſeq. 140. etc.
—— dierum hebdomadis appellationes 137.
eorum numi in India 107.
auctores logiſticae nouae videntur fuiſſe 129. 130.
Gymnoſophiſtae 22. 126. ſeq


## H.


Haſaraſph 18.
Heſychius illuſtratus 3.
Hexacontaeteris Indica 169.
Hiſaraſp 18.
Hyde (Thomas) refellitur 18.
Hyſtaſpes 18.


## I.


Iapanici numeri 130.
Iaxartes fluuius 14.
Ieſaias propheta illuſtratus 146.
Imaus mons 9.
Immortalitatis fons 30.
India
fluuius Indus vocatur ab Indis *Sind* ſ. Sindo 29.
—— quinque fluuii in vnum conueniunt 28. 29.
—— —— dicuntur *Pangjenand* 28.
—— ſingulorum nomina 28. ſeq.
regiones
—— Pangjab 28
—— Pattalene 82.
—— Pattana 114.
—— Dchanawad 70.
—— Dhakan ſ. Dhakon 114.
vrbes 93.
—— Demetrias
—— Euthymedia ſ. Euthydemia 84. 85.
—— Palibothra 35.
—— Nyſa 3.
Indi quomodo ſeſe vocent 29.
Drangaritae qui? 89.
Blootſch gens 29.
in certas familias diuiduntur 126.
Bacchus Indus fuit 1. ſeq.
eorum gigantes 3.
eorum cobali 3.
—— Alexandri res et memoria 22. 30. 79. 80.
Seleuci Nicatoris res 32. ſeq.
Euthydemi Bactrii regis et Demitrii filius eius res 74. 83.
—— cum Parthis res gerunt 90. 92.
—— cum Eucratide rege 90. 92.
Indorum ſatrapae Macedonici
—— Proexes 27.
—— Nicanor 27.
Indorum reges indigenae
—— Taxiles 28. 32.
—— Porus 28. 91.
—— Sandracotta 32. 33.
—— regionum Gangeticarum anonymus 35.
—— regum eorundem familia Palibotrus 35. 36.
—— Sophagaſenus 73. 84.
—— Siriptolemaeus 80. 81.
—— Baleocurus 80.
—— Kerobothrus 80.
—— Pandion 80. 109.
—— Porus 109.
—— Sornax 80.
—— Sigertis 82.
—— Phrahotes 110. 111.
—— Wikkramaditen 194.
—— Saca ſ. Shaka 194.
regum Saker et Tulukker proſapia 194.

Indorum reges Graeci 78.
regni eorum exordia 80.
Apollodotus 78. 80. 81.
Menander 77. 81. 82.
Demetrius Euthydemi filius 75. 82.
plura regna Graeca 80.
eorum regius titulus 102.
Indi ſub Muhammedanis 128.
Indorum vetus ſapientia quae? 123.
ſuperſtitio ab Aegyptiis 123.
deus Go-winden 194.
deus Wiſchtnu 194.
ſummus pontifex 110.
monachi 126.
gymnoſophiſtae 22. 126. ſeq.
Brahmanes v. in hac voce
litterarum auctor 81.
libri
— Bhucolam 147. 156. 179. 189.
— Arithmeticus Oen Sûwad'i 157. 179.
— Trigalaſaccaram 145. 172.
— Canacc-adigâram 179.
— Nalaira-prabandam 180.
— Gjotiſcham 189.
Academia 138.
aſtronomiae ſumma ignoratio apud Indos 189. 199.
aſtronomus Pandhur 138.
— Tamulicus 188. 189.
— Vardugicus 198.
zodiacus 156.
ecliptica 157.
planetae 152. plenilunium 162. nouilunium 162.
eclipſium natura 153. 154.
— eclipſes 187. ſeq.
— prognoſtica 199.
chronologia
— minuta 145. 147.
— horae 145. 148.
— diei initium 148.
— dies 150.
— excubiae 151.
— hebdomas 152. 154.
— — dies ib.
— menſes 137. 155. 157.
— bimenſes 155.
— menſium dies 159.
— menſes lunares 160.
— — ſolares 160.
— ſemimenſes 161. 165.
— — eorum diuiſio 161.
— annus 164.
— — lunaris 164. 198. 199.
— — ſolaris 164. 166. 199.
— — ſolaris aſtronomicus 201.
— — ephemerius 164.
— — aſtrothetus 164.
— — Iouialis 164. 185. 199.
— — bisſextilis 166. 196.
— — aſtronomicus 166.
— — Iulianus 167. 196.
— — Muhammedanus 196.
anni calculatio 193. 201. ſeq.
— hexacontaëteris 169. 196.
— dodecaëteris 172.
— feſtum 173.
— periodi 174. 178.
— Caliugam 174.
— Iogam 176. 212.
— Caraenam 177.
— ſeculum aureum, argenteum etc. 180. ſeq.
— cyclus maximus 182.
— apocataſtaſis 182.
— alii cycli et periodi 182.
— calendarium 138. 184. 185. 198. ſeq.
Indorum
numerorum nomina 113.
— abacus fractorum 126.
— Ziphrae 128. ſeq.
— non eſt inuentum, logiſtica noua 127. 129.
Indi
ad eos Pythagoras non videtur veniſſe 125.
ad eos Apollonius Tyanenſi non videtur veniſſe 110.
a Graecis numos acceperunt 80. 107. 108.

ab iisdem numerorum nomina 112.
arithmeticam 123. ſeq.
Indicum Ssri quid ſignificet 81.
Indoſtaniae nomina Indica 185.
Indus fluuius vocatur ab Indis Sind 29. v. *India*.
Iulii Africani Ceſti 101.
Iuſtinus notatus 49.
—— —— illuſtratus 51.

L.

Lacroſus (Maturinus Veyſſiere) laudatus 126.
Limyrica 83.
Linguarum cognatio 120. 121. 122. 163.
Lohraſpes rex 18.
Luna quomodo Indis vocetur 153.

M.

Maracanda vrbs 15.
eius fata bello Macedonico 25. 26.
Margiana prouincia 12.
Margus fluuius 12. 13.
Maximus Tyrius 104.
Μεγάλος pro μέγας 105.
Menander rex 77. 81. 82.
Merus mons 2. 3. 4. 9. 10. 189.
Metonicus cyclus Graecorum 138.
—— in oriente 134.
Miſſionarii Danici laudati 123.
Montes Indici 9.
Muſica Sinorum 133.
—— Indorum 133.
—— Mungalorum 133.
—— Mandjurorum 133.

N.

Niſabur vrbs 3. 4.
Noachus 180.
Numeri litteris alphabeti expreſſi 124.
a Graecis ib.
ab Arabibus ib.
a Tamulis ib.
eorum nomina apud Germanos 122.
—— apud Perſas 114. 115. 121.
—— apud varias gentes 122. 162.
—— apud Indos 113. 162.
—— an a Romanis 117.
—— an a Perſis 119.
—— an a Graecis 1.9. ſeq.
eorum figurae vulgo Ziphrae
—— Sinicae 130.
—— Iaponicae 130.
—— Tangutanae 130.
—— Calmucicae 130.
—— Bancanenſes 131.
—— Arabicae 127. 128.
—— Indicae 127. 128.
—— noſtrae ib.
—— vnde ductae 127. ſeq.
—— earum naturam et commoditatem Indi ignorarunt 129. 133.
—— Arabes item 133.
—— a Sinis ad Seras, hinc ad Indos peruenerunt 130. 131.
Numerandi ratio apud Sinos 132.
—— apud alias gentes 132.
Numi Graeci in India 80.
Phrahatis II. Parthorum regis 102. 103.
Indici Graecis litteris 107.
Bactrii 107.
Parthici 107.
Numus Eucratidis 92. 99. 100.
Nyſa vrbs 2. 4.
—— mons 10. 11.

O.

Ochus fluuius 11.
Olympionicon ſynagoge 52.
Orientales ſcriptores 6.
Oroſius illuſtratus 90.
Oxiana vrbs 19.
Oxus fluuius 11.

Oxyartes Bactrius 27.
eius filia Roxane 27.
Ozene 80.

P.

Palibothra vrbs Indiae 35. 36.
Palibotrus familia regia 35. 36.
Paradiſus Indicus 10.
Parapomiſus mons 7. 10. 11.
Paroniſus mons 15. 27.
Paropamiſadae 7.
Parapaniſadae 7.
Paropaniſus 7. 10. 11.
Parthi
regni eorum principia 47. ſeq.
regni eorum epocha prima 15. ſeq.
—— epocha ſecunda 53.
—— epocha tertia 61.
Hyrcaniam occupant 66.
vincunt Antiochum Theum 54. ſeq.
—— Seleucum Callinium 59.
bellum gerunt cum Antiocho M. 69.
capiunt Demetrium Nicatora 91.
Bactriis prouincias adimunt 96.
Bactrios ſub poteſtatem redigunt 98.
cum Scythis bella gerunt 98.
eorum titulus regius 105.
reges
—— Arſaces I. 47. ſeq. 56. ſeq.
—— Phrahates 87. 88.
—— Mithridates 87.
—— Phrahates 87.
Parthici numi 63. eos ſignarunt Graecis litteris 108.
menſes 57.
Paſcha apud Bactrios 31.
Pattalene regio 82.
Pattana regio 114.
Patanici ſ. Padtanici numeri 114.
Periplus maris Erythraei illuſtratus 98.
Perſarum rex Sapores 60.
regum titulus 102. 103.
Perſica chronologia 59. 60.
Perſicae linguae dialecti 21.
Petauius (Dionyſius) 52.
Peutingeriana tabula 7.
Phialae in ſacris 4.
vocabulum Indicum 4.
Philoſtratus 110. 120.
eius Balara 30.
Phratrua vrbs 20.
Phryni 82.
Plinius 14.
Polyaenus 61.
Pori regnum 28. 29. 30. 32. 34.
Ptolemaeus (Claudius) 15. 17. 18. 19. 80.

R.

Regum tituli 103.

S.

Saca rex 194.
Sacae 98.
Sacarauli 97.
Samanaei 21. 22.
Samarcand 15.
Sandracotta rex 32. 33. 34. 35. 36.
Sarancae 97.
Sarances fluuius 1. 5.
Sarangae 97.
Sardanapali nomen 181.
Sartorius (Io. Antonius) laudatus 175. 198.
Sciather cum gnomonicum Ahazi regis 146.
Scythae Aſii. Aſiani 97.
Schultz (Beniamin) laudatus 117.
Seleucus Nicator 36. ſeq.
Callinicus 59.
Seres 82.
Sexagenaria temporis diuiſio 145. 146.
Sind regio 29.
Sindus, nomen Indi 29.
Sini
eorum numeri 130.

—— ad logiſticam inepti 131.
—— quomodo ad eam accommodati 131.
eorum enneadecaeteris 135. ſeq. 140.
—— menſi intercalaris 140.
—— anni veteris forma ignoratur 141.
—— calendarium *Taicu* 141.
Adr. Vlacci Magnus Canon Sinice editus 131.
eorum globus caeleſtis 175.
Siriptolemaeus 80. 81.
Sogdiana vnde dicta 14.
limites 14.
confunditur cum Choraſmia et Bactriana 6. 14. 15. 20.
Sogdianorum mores 20.
praeſides 25.
Sol quomodo Indice dicatur 153.
Solinus redarguitur 11.
Strabo illuſtratus 45. 46. 62. ſeq. 75. 82. 96. 97.
notatus 46. 47. 77.
Suidas 52.
Suragana 19.

T.

Tamulorum numeri 124.
Taxilis regnum 28. 29. 32.
Telugi 198.
Tochari 13. 97. 98.
Tympanum vocabulum Indicum 3.

V.

Vaillant laudatus 82.
notatus 45. 48. 65. 67. 78.
de eius hiſtoria Arſacidarum iudicium 59. 69. 74. 75.
Vardugi 198.
Vſſerius 60. 74.

W.

Wallisius 124.
Walther (Chriſtoph. Theodoſius) 119. 120. 145. alibi

Z.

Zariaſpa regia vrbs 17. 18. 19. 26.
Ziphrae 132. 128.
Zodiacus Indicus 156. 157.
Zoroaſtres philoſophus 5.
eius philoſophia 21.

)o(